Clariſſimi phi Alberti magni: almi p̄dicatoꝝ ordi/
nis: epi Ratiſpon̄. liber de aīa primꝰ incipit: cuiꝰ tracta/
tus primus eſt de modo quo cognoſcēda eſt anima.

Capitulum primū ⁊ eſt digreſſio declarans ꝙ ſcie/
tia nālis eſt de anima: ⁊ quis eius ordo.

Mnibus que de corpore
mobili: ⁊ de mobili ſm lo
cū dicenda erāt expeditis:
traditis etiā eis q̄ de mobi
libus ad formā tam ſimpli
cibus ꝙ mixtis in vl'i vide
bant eſſe dicenda. determi
natis nihilominꝰ his q̄ de
mixtura lapidū ⁊ minera/
rū cōmemoranda eſſe vi/
debant: nunc tandē ſtilū ad tractandū aīatoꝝ naturas
cōuertimus ordinē quem in principio noſtroꝝ libroꝝ
preſcripſimus per oīa inſequēdo. Cū aūt omniū aīato
rū principiū ſit aīa: nō poterunt aīata cognoſci niſi per
cognitionē ſuaꝝ animaꝝ: ſicut ⁊ vnūquodqꝫ alioꝝ nō
cognoſcit niſi per formā ſuā: eo ꝙ forma eſt ⁊ princi/
piū eſſe ⁊ cognitionis. Oportet ergo hanc de neceſſita
te nos de aīa facere inquiſitionē anteꝙ̄ de corporibus
animatoꝝ aliquid poſſumus diſſerere. Sunt autē aīe
opa ⁊ paſſiones: ſicut ſentire: dormire: ⁊ vigilare: ⁊ nu
trire: ⁊ ſpirare: ⁊ mors: ⁊ vita: de q̄bus oībus ⁊ ſimili/
bus ſicut eſt reminiſci ⁊ mouere: debet ſciri poſt ſciam
de aīa: qꝛ ex illis plurimū dirigere videt in ſcientia aīa
toꝝ corpoꝝ. Licet ergo aīa ⁊ opa eius ⁊ paſſiones
nō ſint corpus mobile qd̄ eſt ſubm phie nālis: eſt tamē
aīa principiū eſſentiale talis corpis: ⁊ ideo in ſciētia nā
li oportet inquiri de ipſa. Et h̄ quidē de vegetatiua ⁊
ſenſitiua nō hꝫ dubitationē. De rōnali aīa fortaſſe vi/
det alicui eſſe nō veꝝ ꝙ ipſa ſit corpis aīati principiū
⁊ forma: eo ꝙ principia ⁊ forme corpoꝝ operationes
hn̄t quas nō explent: niſi per corpoꝝ motus ⁊ opatio
nes ſicut viſus nō videt ſine oculo: neqꝫ vis ambulati/
ua ambulat ſine pedibꝰ: vires autē rōnalis aīe operant
ſine aliquo corporis inſtrumento ꝓpter qd̄ ⁊ circa oīa
vl'r opant. Intellectus enim de oībus intelligit: ⁊ ratio
de oībꝰ ratiocinat: ⁊ voluntas libera eſt ꝯuertēdi ſe ad
qd̄ voluerit. ⁊ hanc generalitatē ⁊ libertatē nō hꝫ ali/
qd̄ principioꝝ: neqꝫ aliqua formaꝝ neqꝫ viriū corpori
affixaꝝ ⁊ obligataꝝ. Videt ergo rōnalis aīa cū ſuis
viribꝰ nō eſſe principiū ⁊ forma vel ꝑfectio: quā ende
lechiā greci vocant alicuius corpis vel ptis corpis eē:
⁊ ſic nō ptinere ad phiſicū tractare de ipſa. Sꝫ intelli/
gendū eſt aīam rōnalē eſſe in corpore hominis ⁊ eſſe
ꝑfectionē ſuā ſm ꝙ eſt hō: ⁊ ſm ꝙ eſt hoīs ꝑfectio nō
hꝫ affixionē cū hoīs aliq̄ parte: ſed potius in eo ꝙ libe
re ⁊ vl'r intelligit ⁊ vult: diuidit ab oībꝰ alijs cū q̄bꝰ in
nā generis cōicat: ⁊ inq̄tū talis aīa ꝑfectio eſt huiꝰ aīa
ti venit in ꝯſiderationē nālis phi. Et hoc eſt qd̄ p̄clarꝰ
phs ait in ethicis ſuis diſtinguens q̄dā eſſe nālia homi
ni ex genere: ⁊ q̄dā ex differentia: q̄ cōſtitutiua eſt ſpe/
ciei hoīs. Cōtrareqꝫ dicit etiā cōcupiſcere ⁊ ſentire ho
minē cū alijs aīalibꝰ ſm cōionē generis. eſſe tn̄ hoīs in
q̄tū hō eſt: ſolū intellectu eſt. Qualiter aūt hoc ſit me/
lius ſciet cū ſecundū huius ſcientie librū tractabimus:
nec mouere dꝫ aliquē ꝙ nos ſciam de aīa tractamus ⁊
explanamꝰ qui forte occaſionē erroris accipit ex eo ꝙ
videt oēm noſtrā ſcientiā oriri de ſenſu: animā autē ⁊
precipue intellectiuam nullo ſenſu nobis manifeſtari.
Ex quo etiā occaſionē acceperunt heretici nullam
hm̄oi aīam eſſe cōcedentes: qm̄ nobis ad h̄ rōnē ⁊ in/
tellectū deus glorioſus dedit: vt rō ⁊ intellectus refle
xi ad ſenſum: nō tm̄ ſenſibilia: ſed etiā que ſub ſenſibꝰ
latent accipiāt ⁊ ptractēt. Latent aūt ſub ſenſibꝰ ſube in
ſenſibiliū: ⁊ p opationes innoteſcūt nobis. Sic ēt in/
ſenſibiliū cauſe inſenſibiles: qm̄ compamꝰ ſenſibilia ad
ſuas cauſas: ⁊ aduertimꝰ oppoſitas eſſe ꝓprietates ſen
ſibiliū effectuū: ⁊ īſenſibiliū efficiētiū. Lꝫ ergo ſic oīs
noſtra cognitio a ſenſibilibꝰ incipiat: tn̄ ꝓfundata circa
ea oīa q̄ ſenſibilibꝰ quocūqꝫ modo attribuunt: nō ſem/
per ſtat ⁊ terminat circa ſenſibilia: ſꝫ extollit vehemē
ter in imēſum ad ardua ⁊ remota a ſenſibilibꝰ ſicut cāꝫ
primā ⁊ intelligētias ⁊ ſeipſaꝫ: eo ꝙ aduertit circa ſen
ſibilia negociādo: ratiocinādo ⁊ intelligēdo ſenſibiliū
quidditates: ac p h̄ incipit q̄rere de ſeipſa: ⁊ de ſeipſa
habere ſciam nobiliſſimā. Cū autē iam certū ſit nobis
de aīa eſſe ſciam: ⁊ ꝙ h̄ ſcia eſt pars nālis ſcie facile ad
uertere poſſumꝰ ordinē iſtius iter libros ſcie nālis. Cū
enim a cōibꝰ oīs incipiat ſpeculatio ⁊ cōius ſit mixtuꝫ
tm̄ ꝙ̄ mixtū ⁊ aīatū: ſcimꝰ ꝙ aīati noticia eſt tradenda
poſt noticiā mixtoꝝ in ſpē ꝯſideratoꝝ. Mixta autē
ſm ſpēs ſuas ſunt cōſiderata in libro mineraliū. traden
da ergo erit noticia aīatoꝝ cōtinue poſt illā. Aīe autē
noticia eſt prior noticia corporis aīati: cōgrue igit ordi
namus hanc ſciam poſt ſciam mineraliū ⁊ ante ſciam
corpoꝝ animatoꝝ que in vegetabilibꝰ ⁊ aīalibus erit
terminanda. S'p tex. primo.

Capitulū. ij. de nobilitate ⁊ vtilitate ſcie de anime.

Um autē opinamur certiſſime oēm ſciam eē
c de numero bonoꝝ honorabiliū eo ꝙ oīs ſciē
tia de ſe expetibilis eſt q̄ vere ſciētia eſt: tamē
magis vna ꝙ̄ altera eſt de numero honorabiliū ꝓpter
alterā duaꝝ cauſaꝝ: aut ꝓpter duas cauſas ſimul: qua
rū vna eſt certitudo quā facit de ſuis cōcluſionibꝰ per
demonſtrationes firmiſſimas: que ꝓcedunt ex primis
⁊ veris: vel ex his que per prima ⁊ vera ſumpſerunt
fidē: ſicut videmꝰ arithmeticā ⁊ geometriā in mathe/
maticis oēs alias excellere. Altera aūt eſt ꝙ melioruꝫ
ſubiectoꝝ ⁊ mirabilioꝝ eſt. Meliora autē vocamus
nobiliora: ſicut incorruptibilia ſunt meliora corruptibi
libus. Mirabiliora vero que altiores ⁊ magis diffici/
les ⁊ remotas habēt cauſas talia eniꝫ oīs ſapiens mi/
ratur ⁊ inquirit: ſicut in mathematicis videmꝰ aſtrono
miā oēs alias ſcientias excellere: eo ꝙ incorruptibilis
eſt ſubiecti: cuius paſſiones ⁊ paſſionū cauſas oēs mi/
rantur vt lune ⁊ ſolis eclipſes. Nec miret aliquis ꝙ di
cimus etiā ſcientiā ſiue noticiā eſſe de numero bonoꝝ
honorabiliū: qm̄ ſunt quedā ſcientie quas nō querimꝰ
propter ſe: ſed vt nobis adminiculent ad alia: ſicut ſciē
tiā topicoꝝ ꝓblematū: ⁊ ſcientiā de inſtrumēto ſciarū
qui eſt ſyllogiſmꝰ: ⁊ vl'iter ſcias ſermocinales. Et ille
nō ſunt vere ſcientie: ſed modi ſcientiaꝝ oīum: ſicut in
principio libroꝝ dixiſſe nos meminimꝰ. Et noticia il/
loꝝ modoꝝ ſciendi nō vere eſt de numero bonoꝝ ho
norabiliū: ſed potius de numero noticiaꝝ ⁊ bonoruꝫ
vtiliū. Honorabile quippe eſt qd̄ ꝓpter ſeipſum q̄rimꝰ
vtile aūt qd̄ volumꝰ ꝓpter alteꝝ: ad h̄ aūt honor pre/
miū virtutis eſt: ⁊ p̄cipue virtutis q̄ hoīs vt hō eſt q̄ ē
cōtēplatiua virtus: vt ſcientia ⁊ ſapiētia ⁊ intellectus ⁊
prudentia ⁊ ars: vt dicit phs in. vi. ſuoꝝ ethicoꝝ. vtile
aūt qd̄ eſt ſicut inſtrumētū quo aliq̄d p̄ter ipſum intēdi
tur p ipſum adipiſci. Cū igit ꝓpter dictas duas cauſas
vna ſcientia ſit ſup alterā: aut ꝓpter alterā ipſaꝝ: dici/
mus nos in prioritate dignitatis debere ponere ſciam
de aīa pp vtrāqꝫ iſtaꝝ cauſaꝝ: nobilioris eñi ſubiecti

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

est ꝙ aliqua scientia corporum ⁊ mirabilioris: qm̄ ois sapiens admirabit de cā lucis intellect⁹ anime ⁊ passionibus eius. Et qualiter est oīa quodāmodo intelligibilia: ⁊ ꝙtū ad facere oīa intelligibilia: ⁊ ꝙtū ad fieri oīa intelligibilia: ⁊ vtrū sit separabilis ois aīa vel nō. Et ē certissimarū demonstrationū: quoniā lʒ quo ad nos sit occulta hñs principia: eo ꝙ nostri oculus intellectus se hʒ ad ea que manifestissima sunt ꝫm nām: sicut oculus vespertilionis ad lumē solis: tn̄ nihil manifestius est in nā ꝙ fons ⁊ origo ois cognitionis qđ est lumē intelligentie in nobis. Ad illud enim lumē certificatur qcqđ certe scit: ⁊ tunc sciri iudicat quādo illi cōueniens inuenitur. Sic enim mediū virtutis moralis qđ nō est idē oib⁹ examinat ⁊ ꝓportionat illi medio qđ nā intus est in quolibet: ⁊ est tunc satis qn̄ illi cōgruit. Sic necesse est absqʒ dubio primū lumē ad qđ examē refert verorū ⁊ intelligibiliū intus esse a nā: ꝓpter qđ egregie dicit arist. principia nobis quodāmodo esse innata: sicut innata est quodāmodo forma materie. Cū igit sic sit aīa certificans ad seipsam: qcqđ certificat oportet ipsam sciam de aīa fore certissimā: ⁊ firmissimarū esse demōstrationū: ⁊ h lumine deceptus pla. putauit oium intelligibiliū cognitionē esse intus: neqʒ aliquē aliqđ discere: sed immemorē recordari. Sed de hoc inferius disseremus: lʒ aūt sic in prioritate dignitatis aie sciam ponamus: tn̄ in ordine doctrine inter scientias nāles nō ponimus eā primā: qꝛ ordo doctrine nō sequit prioritatē dignitatis: sed rōnis ordinē tenet in quo de cōioribus prior est speculatio sicut diximus superi⁹. Tex. 2. cō. 20. Cū āt ꝓpter sui honorabilitatē sic in priori dignitate ponēda sit noticia anime: nō amisit etiā vtilitatē: eo ꝙ sicut dicit Tullius i libro de amicitia. omne honestū plurimas sibi hʒ adiunctas vtilitates: lʒ neqʒ nomē neqʒ diffinitionē sortiat ex illis. vtilitas aūt eius ꝑcipua est ꝙ ad oium scibiliū veritatē cognoscendā maxime ꝓficit: ⁊ ꝑcipue ad noticiā veritatis rerū nāliū: cū ipsa sit principiū formale ⁊ essentiale aīaliū: ⁊ nō nisi ꝑ noticiā aie poterūt cognosci corpa aīatorū. In corpibus aūt aīatorū ⁊ ꝑmixtio est simpliciū ⁊ ipsa simplicia: ⁊ sic vlteri⁹ scia aie ꝓficit ad noticiā oium corporū nāliū. Ad veritatē autē oium ꝓficit ꝓpter modū quē diximus supius: in quo videlicet apud se hʒ lumē qđ est veritatis examē tribus modis nō simul sed diuisis. quorū vnus est: qꝛ ꝓficit ad nālē veritatē eo ꝙ ipsa pars nobilissima est sciētie nālis alio aūt modo ꝓficit ad diuinā: qꝛ in ista scientia manifestat nobilior pars subiecti scientie diuine. manifestat etiā in ista scientia ꝙ intelligētia est: ⁊ ꝙ separata est: ⁊ qualiter agit intelligibilia: de qb⁹ oib⁹ primus phs inquirit: lʒ nō inquirat de eis inꝙtū sunt hec opera anime ⁊ partes anime. Ad quasdā aūt ꝓficit: qꝛ dat eis plurima principia: sicut ad moralē cui dat eligentiā ⁊ rationem rectā ⁊ proheresim: ⁊ multa alia per que regunt ciuitates in moribus.

Capitulū. iij. de quesitis quid sit subiectū huius sciētie: ⁊ de difficultate ipsius.

Tex. 2. cō. 30.

e Ea autē que de aīa cognoscere ꝑ demonstrationē: ⁊ cōsiderare ꝑ signa inquirim⁹ sunt nā ipsius: qua ipsius animati corporis nām cōstituunt: ⁊ substantia ipsius qua ipsa est ꝫm se. Et hoc qrimus de aīa primo ⁊ principaliter: eo ꝙ vnū istorū cōuenit anime ꝫm ꝙ est forma: ⁊ alterū ꝫm ꝙ est substantia quedā incorporea distincta a nā corporis: postea autē secundario inquirim⁹ etiā cognoscere qcunqʒ accidunt circa ipsam aīam ꝑ se ⁊ nō ꝫm accidēs. Accidētia. n. ꝑ accidēs sunt casualia: neqʒ possumus ꝑ ea certificare: ⁊ aīalib⁹ inest certificari ꝑ cām. Sʒ accidētia ꝑ se qcunqʒ mō accidāt causas habent ꝑ se determinatas: ⁊ ex his demonstrant: ⁊ iō qrim⁹ cognoscē illa. Accidētiū autē per se aie duo sunt genera. Quedā. n. ipsorū sunt ꝓprie passiones aie ꝫm ꝙ ipsa in substātia ꝯsiderat nō cointellecto corpe: sicut itellect⁹ ⁊ volūtas ⁊ rō. Alia autē sunt accidētia cōia sibi ⁊ corpi qđ hʒ aīam: tn̄ accidūt corpi nō ꝫm ꝙ est corp⁹ tm̄: lʒ poti⁹ ex eo ꝙ ipsa aīa ē i tali corpe aīato qđ est corp⁹ aīaliū. Et illorū accidētiū adhuc sunt duo genera. Est enim passio q̄ icipit ab aīa ⁊ explet ꝑ corp⁹ sicut visus ⁊ auditus: ⁊ oio sensus ⁊ vegetatio ois. Alia aūt est passio q̄ incipit in corpe ⁊ redundat ad aīam: vt somn⁹ ⁊ vigilia: q̄ icipiūt ab euaporatione cibi: ⁊ efficiunt ligamētū vel solutio viriū aie. Hec āt duo qrim⁹ cognoscere de aīa: vt pfecte sciamus eā: quoniā sciēdo nām ipsi⁹ ⁊ substantiā: scim⁹ qđ ipsa ē: sed qđ pōt scim⁹ ex passionib⁹ ⁊ virib⁹ eius. Lʒ aūt ꝓpria passio dicat dupliciter: h est q̄ est recepta in ꝓprio subiecto qđ est cā eius: ⁊ q̄ solā ꝓpriā sibi formalē infert passionē aie: vtroqʒ mō qrim⁹ cognoscere aie passiones. pathin enim grece: latine sonat recipe. Quecūqʒ igit subiecta sola ⁊ semꝑ ⁊ vbiqʒ quasdā ꝓprietates recipiūt: sicut linea curuū ⁊ rectū: ⁊ numerus par ⁊ impar: illa dicunt ꝓprie passiones subiecti illi⁹: ⁊ sic aīa suscipit sensum ⁊ imaginationē: ⁊ fantasiā ⁊ intellectū ⁊ hmōi. Silr aūt q̄dā sunt agentia actione q̄ est ꝓpria sue forme: sicut lucis lucere: ⁊ horū forme actiue necessario fiunt in aliquo passiuo sibi appropriato ⁊ non in alio: eo ꝙ ois actio trāsit in passum. Et hoc est qđ dicitur in secundo de aīa ab arist. ꝙ actus actiuorū sunt in patiente: ⁊ talia agentia in aīam inferentia ei passionē sunt sicut color agit in visum: ⁊ sonus in auditū: et oio sensibile in sensum: ⁊ intelligibile in intellectū. Et de tali ꝓpria passione oportet etiam determinare in libro vel scientia de aīa: qꝛ absqʒ taliū scientia vires aie nescirent. Cū igit ista in genere cognoscere qram⁹ de aīa oino ⁊ penitus de numero difficillimorū est: ⁊ quātū ad quesita: ⁊ quātū ad modū inquisitionis accipere aliquā fidē firmā ⁊ certā de ipsa aīa. Tex. 2 cō. 40. Cū enim sicut i logicis determinatū est sit vna cōis via ⁊ methodus ad sciendā subam que demonstratio est. Quare qrendū est si sit ꝫm scientiā istā q̄ qđ est esse rei dicit: ⁊ vocatur diffinitio per quā methodū declaratur qstio que qrit quid est esse rei in aīa: ⁊ multis alteris rebus quarū diffinitiones querim⁹ scire. Fortassis videbitur alicui illa methodus sufficere de omnib⁹ tā de anima ꝙ de alijs de qbus querim⁹ diffinitionē quid est. dicet autē illam methodū sufficere ꝓpter duas rationes: quarū vna est: qꝛ cū multo plura dicant de aliquo per accidens ꝙ substantialiter: sufficit vna via que docet in secundo topicorū: ad sciendū omne qđ ꝑ accidens inest alicui. Multo ergo magis vna via diffinitionē venandi que docet in secundo posteriorū analyticorū videt sufficere ad cognoscendū substantiā ⁊ diffinitionē omniū. Alia rō ē: qꝛ ꝓpriū quecūqʒ cognoscere volum⁹ vna methodus que est demonstratio passionis de subiecto sufficit. ⁊ tunc a simili iterū ꝑdicta via ⁊ scientia videbit sufficere ad habendā scientiā quid est ois res ꝑ diffinitionē. Si igit dicat sic aliquis: oportet querere si substantia ⁊ qđ est esse ipsius aie sit ꝫm doctrinā illi⁹ sciētie vel nō: ⁊ hoc erit valde difficile: cū illa diffinitio sit ꝑ genus ⁊ differentias cōponēda: ⁊ nobis occultū sit gen⁹ ⁊ differētie spiritualiū rerū difficillimū erit iuenire diffinitionē aie ꝫm doctrinā illius methodi. Tex. cō. 50. Si aūt qs dicat ꝙ nō est cōis vna sciētia in secūdo posteriorū determinata

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

minata ſufficiens vt per eam cognoſcatur omne illud cuius querimus ꝗd eſt: ⁊ diffinitionē ſubſtantialē: tunc erit magis difficile negociari ad venādā anime diffinitionē: qꝛ tunc oportet primo circa quodlibet genus rei inuenire propriā viā: quā difficile eſt inuenire. Et cum manifeſtū ſit ꝙ eſt aliquis modus ꝓprius cuiuſlibet rei ad ſciendā ſubſtantiā ipſius: tunc querēdum ꝗs ſit ille modus: vtrū ex prioribus ex ꝗbꝰ eſt demonſtratio ſicut dixit hypocrates: aut ex poſterioribꝰ ſicut ꝓcedit diuiſio: ſicut dixit plato aut eſt aliqua alia via que eſt collectio diffinientiuʒ per diuiſionē ⁊ cōpoſitio eorūʒ ſicut dixit ariſto. quoniā multas habet dubitationes ⁊ errores ex ꝗbus proprijs principijs oportet q̄rere aīe quidditatē: qm̄ reꝝ diuerſaꝝ diuerſa ſunt principia eſſentialia: ſicut alia ſunt principia numeroꝝ: ⁊ alia planaꝝ ſuperficieꝝ: ⁊ ſm̄ illa proprie variantur diffinitiones.

Hoc autē neceſſariū eſt potiſſimuʒ in aīa querere q̄ cū alijs nullā penitus videt habere cōuenientiā: ſicut in ſequentibꝰ erit manifeſtū: vbi oſtendet ꝙ neqꝫ oīno in vno genere cū alijs eſt ſubſtātijs: neqꝫ oīno remouetur a genere aliaꝝ ſubſtantiarum.

Capitulū quartū que oportet inquirere ad inueſtigādum propriā anime diffinitionem.

Tex.⁊ cō.6. Diffinitionibus autē omnibus exiſtentibus ex genere ⁊ differentia conſtitutiua ſpeciei: ſi cōueniens autē diffinitio debet haberi: oportet primo q̄rere ī quo genere ſit fortaſſis: quoniā forte nō eſt res que ſit in genere directe: ſicut genus vel ſpecies vel indiuiduū: ⁊ forte eſt in genere ſicut principiū generis: potentia eniʒ ⁊ actus principia ſunt generꝝ: ⁊ eorum que ſunt in genere: ⁊ ipſa nō ſunt directe in genere: quoniā principiū alicuius nō directe cōſtituitur ſub ipſo ſed eſt ante ipſum. Eſſe autē in genere eſt eſſe ſub genere: ſicut manifeſtū eſt ex determinatis in predicamentis. Querendo autē vtrū quocūqꝫ modo ſit in genere queremꝰ vtrū ſit h̕ aliquid qȯ eſt ſubſtātia: aut ſit quātitas: aut ſit aliud aliqȯ diuerſoꝝ predicamētoꝝ: lʒ oēs cōuenerint ipſam: aut ſubſtantiā aut qualitatē eſſe ⁊ ideo nō eſt nobis neceſſariū vt reliqua genera inducamus. Habito autē genere ipſius anime: oportet nos querere de differentia anime: qualiter ſcilicet ſit in genere: vtrū ſit aliꝗd eoꝝ que ſunt potentia ſicut dixerūt illi qui poſuerunt eā humorē quēdā: aut ſit de numero eoꝝ que grece vocant endelichie: qȯ latine ſonat ꝑfectiones ſiue actus: ſicut ſunt forme eſſentiales actus ⁊
Tex.⁊ cō.7. complemēta reꝝ naturaliū. Hec enim duo magnā habent differentiā. Habitis vero genere ⁊ differentia anime conſiderādū erit nobis vtrū aīa ſit partibilis an impartibilis: quoniā quidā dixerunt in oībꝰ corporibꝰ eſſe animā vnā ſpecie ⁊ numero: que tamē pro diuerſitate corpoꝝ diuerſa operat: ⁊ alij etiā vt plato dixerunt in vno corpore plures eſſe animas ſpecie differentes: ſicut ꝙ intellectiua ſit in cerebro: ⁊ cōcupiſcibilis ſiue appetitiua ſit in epate: ⁊ iraſcibilis ſit in felle: ⁊ vitalis ſit in corde: ⁊ generatiua in teſticulis. Hec autē ſequentia declarabunt. Si vero cōſentiatur in hoc ꝙ ſit indiuiſibilis: tunc oportet querere vtꝝ ſit ſimilis ſpeciei omnis aīa: ⁊ tantū diuidat per indiuidua aut non ſit ſimilis ſpeciei oīs anima. Et ſi cōſentiat ꝙ aīa nō eſt ſimilis ſpeciei: tunc oportet querere vtrū ſit tantū ſpecie differens: ⁊ ſint omnes ſpecies aīe ſub vno ⁊ eodē aſſignato genere: aut cū h̕ differant etiā genere: h̕ autē inquirere eſt neceſſariū: quoniā quidam ſupponentes omniū animatoꝝ eſſe eaſdē animas ſpecie: quādo tractant de anima: de humana ſolū loquunt ⁊ inquirunt.

Et per hoc credunt ſe ſufficienter de omni aīa terminaſſe: eo ꝙ oēs anime vt dicunt in ſpē cōueniūt cum animabꝰ hominū. Et in hoc peccato dicit fuiſſe plato: qui dixit omnē anime ſpeciē eſſe in corpore hoīs: ⁊ in corpore humano plures eſſe ſpecies animaꝝ ſubiecto differentes ⁊ forma. Hec aūt nō eſt ſententia ariſtotelis ⁊ perypateticoꝝ: ſʒ potius ꝙ anima hominis vna ſit ſubſtantia ⁊ ſubiecto: ⁊ habet pluralitatē in viribus ⁊ poteſtatibꝰ ſiue potētijs ſuis. Et hoc in ſequentibus declarabit. Uidēdū eſt ita ꝙ nullo modo lateat nos vtrū ſit vna ratio oīs anime: ſicut eſt vna ratio generis ſm̄ ſpecies ſuas: aut ſit altera ⁊ altera ratio ſpecierū. Cū enim nos queſiuimꝰ vtrū anima ſit vnū genus ad oēs animas vel non: ſed ſit ſpecie differens tm̄: tunc oportet nos cauere ne ignoremꝰ vniuocationē vel equiuocationē ſue diffinitionis: vt ſciamus vtrū diffinitio data de aīa ſit vniuoca tribus animabꝰ: vegetabili. ſ. ⁊ ſenſibili ⁊ rationabili: ſicut eſt vna ratio animalis ſiue viui ad ea q̄ cōtinent ſub eo: aut nō eſt ſic ſed eſt altera ratio ſm̄ vnāquāqꝫ triū animaꝝ: ſicut eſt altera ratio equi ⁊ canis: ⁊ dei iouis vel eſculapij. Hec autē ideo dico: qꝛ animal vniuerſale vt vniuerſale: aut nihil ē de quidditate particularis ⁊ realis aīalis: aut eſt poſteriꝰ ipſo. Et ſimiliter eſt de omni cōi qȯ vniuerſaliter predicatur de aliquo. Cā enim aīalis que eſt principiuʒ eſſe huius vel illius animalis eſt in ipſo aīali eſſe: ⁊ eſt particularis ⁊ nō precedit ipſum tpe: ſicut dicebat plato: quoniā ſi p̄cederet ipſum nō poſſemus habere noticiā particularis niſi ꝑ ipſum: ſicut modo nō cognoſcimus res nature: niſi ſcitis cauſis ex ꝗbus ſunt. Natura ergo forme generis vel differentie q̄ eſt in iſta re demōſtrata in eſſe nature: eſt in vno: ⁊ nō eſt in alio. Sed cū intellectus noſter accipit intentiones eſſentialiuʒ principioꝝ huius rei demonſtrate que ſunt potētia ⁊ actus: ⁊ abſtrahit eas a materia ⁊ ab indiuiduantibꝰ alijs tūc agit in eis vniuerſalitatē: ſic vniuerſale poſterius ē quādo vt vniuerſale accipit ⁊ nō ſicut prius dixit plato: ꝙ precederet ſm̄ eſſe oīa ſua particularia. Hec tamē nā q̄ principiū eſt eſſentiale huius particularis demonſtrati prius eſt ſm̄ cauſam ⁊ intellectū q̄ res principiata per ipſam: qꝛ aliter nō eſſet cā eius eſſentialis. Qȯ aūt hec vera ſint que dicta ſunt teſtat ariſto. trāſlatio arabica q̄ ſic dicit. Et debemꝰ preſeruare nos ne ignoremꝰ vtruʒ diffinitio eius ſit eadē vt diffinitio viui: aut ſit alia in quolibet. verbi gratia: diffinitio equi ⁊ canis ⁊ hominis ⁊ dei. viuū autē vniuerſale: aut nihil eſt: aut eſt poſtremū. Et hoc exponit auerois: ſicut hic dictū ē. Greca autē trāſlatio diſcordat ab hac: ⁊ vt puto eſt mendoſa. Habet enim ſic. Uidendū aūt quatenus non lateat: vtrū vna ratio ipſius ſit: an ſicut aīalis eſt ſm̄ vnūqȯqꝫ altera. ⁊ ſi deberet cōcordare cū arabica: ſic deberet ordinari: vtrū vna ratio ipſius ſit ſicut animalis: aut ſit ſm̄ vnūquodqꝫ altera: tunc enim plana eſſet. Sʒ qꝛ in multis inuenimꝰ grecas emendatiores q̄ arabicas trāſlationes: ideo ⁊ hoc ſuſtinentes dicimꝰ ꝙ animalis eſt vna ratio vt generis. Si aūt animal ſm̄ eſſe ſumit in vnoquoqꝫ tunc variat eſſe eius differentijs ſpecieꝝ ſibi adiunctis: ⁊ tunc ſic variatū habet alterā ⁊ alteraʒ ſm̄ eſſe diffinitionē. ⁊ lʒ hoc ſit veꝝ: tamē primū magis cōueniens ad propoſitū eſt. Et vt meliꝰ intelligat ſciendū eſt: ꝙ plato poſuit in omni re triplex eſſe vniuerſale. Unū quidē ante rē qȯ erat cā rei formalis ſm̄ eſſe precedens qꝛ ſeparatū ipſum eſſe poſuit. Secūdū in re qȯ erat forma adherens ei vna ī multis ⁊ de multis. ⁊ h̕ vnū dixit pla. in eſſentia eſſe vnū ⁊ in eſſe natu

Tex.⁊ cō.8.

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

re ⁊ forme in omnibꝰ. Ariſto. aũt in ratione dixit vnũ:
⁊ in eſſentia ⁊ eſſe plura. Tertiũ aũt dixit eſſe poſt rẽ:
qḋ eſt intentio vniuerſalis in aĩa. ⁊ ſic dixit etiã ꝙ aĩa
cõmunis ⁊ vniuerſalis erat ante oẽs aĩas: ⁊ erat cauſa
ipſaꝝ per quã habẽt diffiniri ⁊ eſſe: ⁊ ſm hoc eẽt vna
vniuerſalis illiꝰ ratio de omni aĩa: ⁊ hoc eſſe nõ pôt: qꝛ
in phĩa prima hꝫ oſtendi id vniuerſale nullũ eſſe oĩo:
ſed omne vniuerſale vt vniuerſale ſumptũ eſſe: aut ni/
hil rei precedens rẽ aut eſſe poſt rẽ: ſicut eſt intẽtio ab/
ſtracta de particularibꝰ. His aũt oĩbꝰ relictis tãꝙ hiſq̃
nõ hic ſed alibi ſunt determinãda: dicimꝰ nobis eẽ ne/
ceſſariũ inquirere vtrũ vna cõis ratio ſit de aĩa in cõi
danda: q̃ vniuoce cõueniat tribꝰ aĩabꝰ. ſ. vegetabili: ſen
ſibili: ⁊ rationali: aut ſit nobis querẽda ꝓpria ratio ſm
quãlibet triũ animaꝝ. Hoc enim neceſſariũ eſt: qꝛ inſe
rius apparebit ꝙ ratio data de aĩa que eſt endelechia
corporis phiſici potẽtia vitã habẽtis: nõ oĩno ſm vnã
rationẽ cõuenit tribꝰ aĩabꝰ: nec vnius eſt altera ⁊ alte/
ra ratio ſm vnãquãqꝫ animã: ſm ꝙ eſt altera ⁊ altera
equi ⁊ canis ⁊ hoĩs: qꝛ iſta diffiniunt ſicut habẽtia op/
poſitas differẽtias: quaꝝ vna nõ eſt in alia: ſed rõ aĩe ĩ
partibꝰ ſuis eſt ſicut figure: qꝛ ſicut vna figuraꝝ ſm po
tentiã eſt in alia ſicut trigonũ in tetragono: ſic vna aĩa/
rũ videt eſſe in alia: ſicut vegetatĩũ in ſenſitiuo: ⁊ ſen/
ſitiuũ in rationali. Eſt igit neceſſariũ nobis ſubtiliter
iſta diſquirere: quatenus nõ lateant que dicta ſunt.

Capitulum quintũ quo ordine oportet ꝓcedere q̃/
rentẽ de his que ſpectant ad ſcientiã de aĩa.

Tex.⁊ cõ.9. Inquiſitis aũt his oĩbꝰ que de ſubiecto ſcien/
tie huius ⁊ de diffinientibꝰ aĩam inquirenda
eſſe videntur: ⁊ ſi cõſentiat in hoc ꝙ in vno
quoqꝫ corpe hoĩs vel alterius aĩalis nõ multe ſunt aĩe
ſed vna in ſubſtãtia: ⁊ plures ĩ partibꝰ poteſtatiuis: tũc
videndũ erit de ordine queſtionũ. vtrũ. ſ. prius oportet
inquirere de tota aĩa ſm ſe: vel de ptibꝰ prius. Cũ autẽ
multe ſint ptes: difficile erit determinare differẽtias p/
tiũ adinuicẽ quales apte nate ſunt habere: qꝛ inferior
ſemp claudi videt in ſuperiori: ſicut minor poteſtas in
maiori claudit eiuſdẽ generis ptãte: ſicut poteſtas pſi
dis ⁊ tribuni claudit in poteſtate ceſaris ſiue impato/
Tex.⁊ cõ.10. ris. Eſt tamẽ in hoc magis difficile q̃ in alijs. Du/
biũ aũt iterũ eſt: vtrum partes anime que ſunt potẽtie
prius querende ſunt: aut opa ſiue actiones potẽtiarum
verbi gratia: vtrũ prius querẽdũ ſit de ĩtelligere ⁊ ſen
tire: que ſunt opa ſiue actiones potentiaꝝ: vel de intel/
lectiua ⁊ ſenſitiua potẽtia prius ſit inquirẽdũ. Similit
autẽ ⁊ in alijs ⁊ ſi cõſtiterit ꝙ de opibꝰ potentiaꝝ priꝰ
ſit inquirẽdũ: tunc iteꝝ dubitabit aliqs an oportet pri/
mo querere de oppoſitis hoc eſt obiectis circa q̃ ſunt
opa: aut de ipſis operibus prius ⁊ poſtea de obiectis.
Uerbi gratia: quoniã poſſumus querere vtrũ de ſenſi/
bili prius ſit querendũ: q̃ de ſenſu ⁊ ſentire: ⁊ de intel/
ligibili prius: q̃ de intellectu ⁊ intelligere vel ecõuer/
ſo. Hec enim q̃ſtiones neceſſarie ſunt propter duas
cauſas. quaꝝ vna eſt: qꝛ in quibuſdã magis eſt nobis
nota natura totius q̃ partis: ⁊ notior ẽ nobis poteſtas
q̃ actus eius: ⁊ q̃ id circa qḋ opat: ſicut in corporibꝰ
que ſenſui ſubijciunt ſe habet. Nos enim ſcimus natu/
rã ignis in toto: ⁊ per eã diſcimus potẽtiã partis ⁊ ope
rationis: ⁊ eius circa qḋ operat. Quedã aũt ſuper que
nõ cadit ſenſus ſunt occulta nobis in ſubſtãtia ⁊ parti/
bus: ſed ſunt manifeſta nobis ea circa que operant: ⁊ p
illa deuenimus in opera: ⁊ per opa in potẽtias particu
lares: ⁊ per illas potẽtias cõiecturamus de toto: ſicut
nos inueſtigamus ſubſtantias ſeparatas: etiã ipſaꝫ ani/
mã. Alia autẽ cauſa eſt: quia etiã ĩ ipſis que ſpiritua
lia ſunt ⁊ nõ ſunt ſubiecta ſenſibus noſtris duo ſunt ge
nera potentiaꝝ partialiũ: ⁊ vnũ quidẽ genus eſt actiue
potẽtie: aliud autẽ potẽtie paſſiue. actiue quidẽ ſunt fa/
ctiue formaꝝ ⁊ motiue: ſicut intellectꝰ actiuus ⁊ poten
tie mouentes cor ⁊ organa motus. paſſiue autẽ ſunt re
ceptiue formaꝝ: vt ſenſus ⁊ intellectus poſſibilis. ⁊ in
actiuis quidẽ ſcimꝰ ꝙ potẽtia cauſat ab eſſentia forme:
⁊ operatio nõ dat ſpeciẽ: ſed operatio ſpecificat a for/
ma: ſicut dicimus operationẽ lucis eſſe lucere: ⁊ ſi agit
in aliquid qḋ obijcitur actioni ſue: illi etiã imprimit ſpe
ciẽ ⁊ formã ſuã: ſicut lux lucendo illuminat: ⁊ dat ſpe/
ciẽ lucis illuminantis: ⁊ in talibꝰ rectus ordo doctrine
eſt incipere a forma totius agentis: ⁊ deuenire in partẽ
⁊ operationẽ: ⁊ ſic in obiectũ circa quod eſt operatio.
In paſſiuis autẽ ordo nature eſt ecõuerſo: quoniã paſſi
ua per ſe carent ſpecie: ſed obiectũ agit in eis ſpeciem
ſuã: ſicut nos videmꝰ oculũ nullã habere viſionis ſpe/
ciẽ: ſed eſſe potentia omnia viſibilia. Sed cũ videt in
actu tunc coloratũ illuminatũ immutat ipſum ⁊ impri/
mit ei ſpeciẽ. Et in talibus ſm rationẽ diffinitiuã obie/
cta que primo dant ſpeciẽ operationi ⁊ potentijs paſſi
uis ſunt ſm naturã preuia actibus: ⁊ actus potentijs: ⁊
poſtea viſio: ⁊ poſtea viſus: ⁊ deinde potẽtia tota ſen/
ſitiua. ⁊ hoc patet per diffinitionẽ ab ariſto. datã de vi/
ſu: ꝙ viſus eſt ſuſceptiuũ coloris ſm actum lucidi: vbi
viſus diffinit per colorẽ. Cũ igitur vtrũqꝫ genus po Tex.⁊ cõ.11.
tentiaꝝ iſtaꝝ in anima inueniatur oportet querere de
vtraqꝫ viaꝝ predictaꝝ in doctrina de aĩa. Nõ ſolum
autẽ oportet hoc inquiri: ſed etiã de accidentibus inſe
parabilibus quecũqꝫ ſunt ꝓpria anime vel partibꝰ eiꝰ.

Nõ ſolũ enim videt vtile eſſe in doctrina vt cogno
ſcamus ſubſtãtiã per eſſentialia ipſius que ſunt quiddi
tas eius vt per illã cognoſcamus cauſas eoꝝ que acci
dunt per ſe ſubiectis illis quoꝝ quidditates accepimꝰ:
ſed etiã ecõuerſo cognitio eoꝝ que per ſe accidunt ali/
cui ſubſtantie multũ cõfert ad ſciendũ quidditatẽ ſub/
ſtantie. Sicut verbi gratia: ſi volumꝰ cognoſcere quot
numero anguli trianguli rectilinei ſunt equales rectis:
vtile eſt nobis: vt cognoſcamus tã quidditatẽ ſubſtan/
tie: q̃ quidditatẽ paſſionis: vt verbi gratia ſciamꝰ quid
ditatẽ recti ⁊ quidditatẽ obliqui que ſunt paſſiones: ⁊
quidditatẽ linee ⁊ quidditatẽ plani ſiue ſuperficiei: q̃
ſunt ſubiecta in geometria: tunc bene cõcluderemus ꝙ
triangulus qui eſt plane trigonũ rectilineũ habet tres
numero angulos equos duobus rectis ⁊ nõ pluribus:
⁊ ſic eſt ĩ multis ꝙ aliquãdo poſteriora ſunt magis no
ta nobis que ſunt accidentalia rei: ⁊ aliquãdo ecõuer/
ſo ſubſtantialia ſunt magis nota que ſunt priora. In oĩ/
bus enim mathematicis priora in natura ⁊ re ſunt ma/
gis nota: ⁊ ex illis certificamus poſteriora: ⁊ ideo ſciẽ
tie ille certiſſime ſunt. In phyſicis autẽ frequenter ſunt
occulta nobis que priora ſunt ſm naturã ⁊ rem: ⁊ acci
dentia nobis magis manifeſtantur: ⁊ oportet nos tunc
ex poſterioribus incipere ⁊ venire in principia: ⁊ ideo
ſcientie phiſice in quibuſdã nõ habent verã certitudi/
nem ſicut habent mathematice. Sed quãdo incipimꝰ
ab accidentibus oportet ꝙ illa accidentia ſint ꝑ ſe cõ/
uenientia ⁊ nota nobis ad ſenſum ⁊ fantaſiã ⁊ imagi/
nationẽ: quoniã in illis primo accipimꝰ phiſica: ⁊ ideo
quãdocunqꝫ bene ⁊ expedite ſciuerimus tradere ratio
nem accidentiũ ad fantaſiã ⁊ imaginationẽ nobis noto
rum ⁊ cognitoꝝ: tunc etiã expediti erimus ad traden/
dũ rationẽ de ſubſtantia ⁊ de eo qḋ quid eſt: qꝛ per ac/
cidentiũ cognitionẽ ſtatim deuenimus in rationẽ ⁊ co
gnitionẽ

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

gnitionē ſubſtantie. Sed cū procedem⁹ a priori in poſterius tunc procedemus per demonſtrationē. Dif autē demonſtrationis principiū eſt ſicut mediū ipſa diffinitio dicens rei quidditatē. Utrū autē illa ſit diffinitio ſubiecti vel paſſionis determinatū eſt in poſterioribus: quoniā cū mediū debeat eſſe ſm naturā mediuz in demonſtratione ꝛ debeat eſſe poſterius prio: ꝛ pri⁹ ſecundo videt̄ debere eſſe diffinitio paſſionis que probatur de ſubiecto. ꝛ ſi aliquādo p diffinitionē ſubiecti ſcitur paſſio: oportet ꝙ illa diffinitio nō ſit data de ſubiecto tantū: inquātū eſt ſubſtantia quedā vel ſubiectuz in cōmuni ratione ſubiecti: ſʒ inquātū eſt cā ꝛ ſubiectū paſſionis: hoc eſt ꝙ fluit ex ipſo talis paſſio: per illā. n. ſcietur qualiter ꝛ quare paſſio ineſt ſubiecto: ſicut verbi gratia: ſi diffiniat̄ aīa inquātū abſolute ſubſtantia intellectualis incorporea nō cognoſcent̄ accidētia eius ꝛ opera ꝛ obiecta. Similiter aūt ſi diffiniat̄ ſm totū ꝛ nō ſʒ partes: ꝛ diffinitio totius det̄ ſm ꝙ aīatum corpus vt dicat̄ pfectio corporis phiſici po. vi. hn̄. nō cognoſcuntur ſufficienter paſſiones ꝛ opera ꝛ obiecta: qꝛ partiuʒ ꝛ opera ꝛ accidentia ignorant̄. Si autē dicat̄ aīa eſſe principiū ſenſus ꝛ motus in toto ꝛ in partib⁹ corporis ſm congruentiā cōponentiū vnūquodqʒ mēbrū cognoſcent̄ oēs operationes ꝛ accidentia partiū ꝛ obiecta: quādo fuerit diffinitio aptata cuilibet parti: ſicut in ſecundo libro declarabit̄. Similiter autē eſt in diffinitione accidentiū que eſt principiū demonſtrationis: ſicut diximus Si enim det̄ de eſſentia paſſionis tantū per ea que formalia ſunt in ipſa: non dicet cauſam q̄re ſunt accidentia aut accidant talib⁹ ſubiectis: ſicut ſi diffiniēdo dicā: eclipſis eſt defectus luminis. adhuc āt ſi apponā ſubiectū ꝛ dicā: eclipſis eſt defect⁹ luminis in luna: adhuc autē nō dicit diffinitio quare hoc lune accidit: ꝛ quomodo ſoli lune cōuenit p ſe. Si autē dicat̄ ſic. eclipſis eſt defectus luminis in luna ex terre īterpoſitiōe ad rectā dyametrū inter ſolē ꝛ lunā ex motu ipſius in capite vel in cauda draconis infra gradus eclipticos proueniente: tunc diffiniendo ſic dico: qd eſt paſſio: ꝛ cui⁹ eſt: ꝛ propter quid ineſt: ꝛ quare ſoli lune cōuenit: ꝛ p hanc diffinitionē ſcitur paſſionē ineſſe ſubiecto: ideo h̄ certificant: ꝛ h̄ eſt principiū demonſtrationis. Et ſimiliter eſt in paſſionib⁹ anime. Si enim dicā ſic. ira eſt appetitus cōtrarij doloris ex accenſione ſanguinis circa cor proueniens. dico ꝛ quid eſt: ꝛ cuius eſt: ꝛ propter quid ineſt: qꝛ cordi ineſt: ꝛ propter hoc ꝙ ſanguis accenſus eſt ex moleſtia protendunt̄ ſpiritus ad repellendam iniuriā vel illatā vel opinatā: ꝛ ideo cōturbantur paſſione: ꝛ ideo ſiue ſubiectū diffiniat̄ ſiue paſſio: ꝛ p diffinitionē nō ſcitur ꝙ paſſio eſt propria paſſio: h̄ eſt cui ineſt: ꝛ quare ineſt: vel ex diffinitione: hec de facili cōiecturari nō poſſunt: Sic diffinitiones dāt̄ ex cōib⁹ eſſentialib⁹ ſubiecto vel paſſioni: que cōia ſunt per intētiones dyaleticas collecta: ꝛ ſunt vane eo ꝙ nō inducunt ad certitudinē verā demonſtrationis.

[illegible] Capitulum ſextū: ꝙ oportet tractantē de anima inquirere vtrū habeat aliquas opationes pprias aut nō.

d Ubitationē autē habet etiā paſſiones anime vtrū ſint oēs cōes ſibi ꝛ corpori vl' ſibi ꝛ habenti corpus: aut ſit aliqua paſſionū ſibi propria: que neqʒ cōicet corpori: neqʒ cōmunicet habenti corpus. h̄ enim neceſſariū eſt accipere ex doctrina anime ad ſciendū vtrū ipſa ſeparetur a corpore vel non: ſed tamē nō eſt leue. Ut autē melius intelligatur h̄ queſtio ſciendū: ꝙ aliud eſt cōicare corpori in actione vel paſſione anime: ꝛ aliud cōmunicare ei qd cōmunicat corpori. Cōmunicat enīʒ corpori in actione vel paſſione que non expletur neqʒ fit niſi inſtrumēto corporali per virtutē affixā organo: ſicut ambulatio vel viſus: que fiunt motu vel paſſione corporis: ꝛ per virtutes affixas ipſis membris: quoꝝ vnū motu explet operationē: alterū aūt paſſione: quia recipit ſpeciē coloris. Cōicare autē ei qd cōicat corpori ē ꝙ licet aliqua operatio nō fiat motu vel paſſione alicuius partis corporis: tamē non expletur ſine alia operatione que fit vel motu vel paſſione alicuius partis corporis: ſicut eſt intelligere ſenſibilia ꝛ mathematica. Quia licet intelligere nō expleatur motu vel paſſione alicuius mēbri corporalis: tamē non fit ſine acceptione forme ſenſibilis ꝛ imaginabilis per fantaſiā que cōmunicat corpori in h̄ ꝙ operatio ipſius nō explet̄ ſine motu ꝛ paſſione mēbri corporalis: qd eſt organū fantaſie. Oportet enīʒ formas imaginationis ꝛ fantaſie fieri per motū a ſenſu factū in ſpiritu animali deferente formas huiuſmodi: ꝛ recipi eaſdē oportet in parte cerebri: que eſt organum fantaſie virtutis: ꝛ ideo aliud eſſe diximus cōmunicare corpori: ꝛ aliud cōmunicare ei qd cōmunicat corpori in operatione. Poſſibile enim eſt ꝙ ſubſtantia incorporea exiſtens in corpore vt actus corporis cōmunicet corpori. Et poſſibile vt nō cōmunicet corpori: ſed cōmunicanti corpori. Et poſſibile eſt vt neqʒ iſto neqʒ illo modo cōmunicet: ſed habeat operationes que nullam ad corpus habeant dependentiā: ꝛ hoc inquirere de anima eſt neceſſariū valde ad ſciendū vtꝝ ſeparata eſt in agendo vel nō: ꝛ eſt iſta queſtio vna quā maxime deſiderant homines ſcire de anima. Videt̄ autem in pluribus ſuis paſſionibus ꝛ partib⁹ nihil omnino ſine corpore pati vel facere: neqʒ enim ſine motu ꝛ paſſione corporis iraſcitur: neqʒ confidit neqʒ deſiderat: neqʒ ſentit vniuerſaliter ſecundū oēm ſenſum. Ira enim eſt accenſio ſanguinis cū euaporatione fellis. Confidētia autē eſt ex protenſione ſpiritus ꝛ ſanguinis ex corde ad exteriora. Sentire autē fit recepta ſenſibili forma in organo ſenſus: que omnia dicūt motus ꝛ paſſiones corporeas. Sʒ maxime propriū ꝛ ſeparatū opus eſſe videtur intelligere eo ꝙ vniuerſale intelligitur qd eſt ſimplex ꝛ denudatū a materia ꝛ appendicijs materie. ꝛ ideo nō eſt forma impreſſa alicui mēbro corporali cuius motu expleatur intelligere: ſʒ potius eſt ſimplex conceptus mentis ſine hic ꝛ nunc ſʒ vbiqʒ ꝛ ſemper in eadē ratione manens. qd non eſt cōueniens alicui forme corporali. Si autē hoc ipſum intelligere qd eſt operatio poſſibilis intellectus quādo in actu fit eſt in fantaſia: aut nō ſine fantaſia: tunc neqʒ hoc op⁹ vtiqʒ contingit eſſe ſine corpore qd mouetur vel patitur in ipſa operatione: ꝛ tunc non erit ſeparatim conueniens anime ſm ſe. dico autē intelligere poſſibilis intellectus aliquādo eſſe fantaſiā: ꝛ aliquādo nō ſine fantaſia non ſimpliciter intelligens ꝙ intelligere vnꝗ ſit fantaſia: ſʒ qꝛ poſſibilis intellectus accipit formā que eſt ex fantaſmate: oportet ꝙ fantaſie motus ad intellectū terminetur. Sunt autē quidā homines ideote nō diſcernētes vniuerſale a particulari: ſed proſequunt̄ rationeʒ vniuerſalis in particulari permixtā ꝛ illoꝝ intelligere eſt fantaſia formalis: eo ꝙ immixtū eſt ei. Alij aūt diſtinctū accipiunt vniuerſale a particulari: qd eſt in fantaſia formali: ꝛ illoꝝ intelligere: eo ꝙ oritur a fantaſia: nō eſt ſine fantaſia formali. Fantaſia enim duplex eſt: qꝛ ꝛ ipſa virtus anime que fantaſmata recipit fantaſia eſt: dicimus ꝙ operatio intellectus poſſibilis eſt fantaſia vel nō ſine fantaſia. taliter autē diſtinguendo cōmu

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

nicans corpori: ꝛ cōmunicans ei qđ cōmunicat corpo
ri euitabim⁹ errorē alex. qui dicebat in oib⁹ animā cō
municare corpori: ꝛ ideo nō eſſe ſeparabilē a corpore.
Nos enim oſtendem⁹ in ſequentib⁹ ꝙ id qđ cōmuni/
cat nō corpori ſed ei qđ eſt cōmunicans corpori: ẜm ſe
eſt ſeparatū: neq₃ corrumpit niſi ẜ₃ ſic ꝛ ſimpliciter nō
Tex. ꝛ cō. 13. vel niſi ẜm qđ ꝛ nō ſimpliciter. Si qđē igit eſt ali/
quid anime opeꝝ aut paſſionū propriū vtraq₃ cōmu/
nicatione excluſa: tunc cōtinget vtiq₃ animā eſſe ſepa
ratā nunc in opatione: ꝛ aliquādo ſeparari a corpore ꝛ
eſſe p ſe. Si vō nulla eſt ꝓpria ipſius: tunc nō cōtinget
ipſam ſeparari ẜm eſſe ꝛ ſubſtātiā: l₃ forte ẜm diffini/
tionē aliquā nō coexiſtens corpori ꝛ in corpore intelli
gat. Erit enim tunc de aīa ſicut de mathematicis q̄ nō
habent eſſe niſi in hac ſenſibili mā: ꝛ tamē accidūt eis
quedā nō in mā intellectis: ſed acceptis ẜm ſe ſepara/
tis: ſicut eſt videre ī recto: q₂ linee recte multa accidūt
que nō cōueniūt ei ẜm ꝙ eſt in mā ſenſibili: ſicut eſt ꝙ
ſpera enea tangit ipſum in puncto: q̄ tñ ſpera enea nūꝙ̄
tanget ipſum ſepatū in puncto ẜm actū: ſed potius tan
get ipſum ꝯiunctū cū mā ſenſibili nō in puncto ſ₃ ī ſup
ficie: ꝛ tñ ẜm intellectū acceptū rectū: ꝛ nō ī mā lignea
vel cuprea: vel alia mā ſenſibili: nō tanget a q̄cūq₃ ſpe
ra niſi ẜm punctū: ꝛ ſic erit de aīa. Si enim ī oib⁹ parti
bus ſuis: aut cōicat corpori: aut cōicat cōicantib⁹ cor/
pori: tunc pōt accipi ſeparata ẜm intellectū īquātū agit
opatione q̄ nō explet motu alicuius partis corporis: ſ₃
tñ ẜm eſſe ꝛ veritatē nature nūꝙ̄ erit ſeparata: q₂ ſemp
indiget vel exiget illius coopationē qđ corpi cōicat: ſic
ſpericū qđ ſepatū intelligit ꝛ diffinit: ſed tñ ẜm eſſe in
ſeparabile eſt a corpe ſenſibili. Et nos q̄dē in ſequētib⁹
oñdem⁹ ꝙ aīa humana multas h₃ opationes ſepatas:
ſed mō inducem⁹ rōnes quoꝝ̄dā ꝓbantes ꝙ h₃ cōicā
Tex. ꝛ cō. 14. tes. Uident enim aīe paſſiones oēs eſſe cū corpore
cōicātes: l₃ in vna ſit plus ꝙ̄ in alia cōicans: q₂ quedā
fiunt ſine motu locali partiū corporis ꝛ ſine phiſica al/
teratione: ſed tñ nō fiunt ſine receptione forme: vel in/
tentionis forme: q̄ eſt alteratio cōiter dicta. Cū motu
aūt ꝛ alteratione corpis fiunt deſideriū: māſuetudo: ti
mor: cōfidentia. Adhuc aūt gaudiū ꝛ amare ꝛ odire.
In oib⁹.n.his mouet cor ẜm dyaſtolē vel ſiſtolē: ꝛ cō/
patit aīe corp⁹. Hoc aūt indicat diuerſitas hoīum ī paſ
ſionib⁹ his. q̄dā eni ī duris ꝛ manifeſtis piculis paſſio
nū coincidētib⁹ in eos nihil ad irā ꝓuocant ꝓpter cō/
plexionē frigidā ꝛ ſtātē in eis: ꝛ aliq̄ eoꝝ nō timēt ī ta
lib⁹ ſicut hñtes multū ſanguinē: ꝛ corda calida. Aliqñ
aūt aliq̄ a paruis cauſis ꝛ infirmis piculoꝝ mouent ꝛ
ꝓuocant ad irā qñ corp⁹ iraſcibile ꝛ ita diſpoſitū eſt ac
ſi iraſcat: ſicut eſt in colericis calida hñtib⁹ corda ꝛ ſan
guinē leuē q̄ facile dirigit ſurſu₃. Adhuc aūt magis ma
nifeſtant h̄ in his q̄ timētes fiunt ex ſuis corpis diſpo/
ſitionib⁹ qñ nulla cā terroris eſt in paſſionib⁹: ſic acci/
dit multis viris q̄ ſicci ſunt: ꝛ frigidi pauci ſpiritus ꝛ
Tex. ꝛ cō. 15. pauci caloris in corde. Manifeſtū eſt ḡ ex dictis ꝙ
paſſiones ſunt rōnes q̄dā ꝛ intētiones q̄ in phiſica mā
ſunt mota ꝛ alterata phiſico motu ꝛ alteratione. Sen
ſus aūt ꝛ imaginatio: ꝛ cetere aīe ſenſitiue apprehēſio
nes nō fiūt ſine receptione formaꝝ in organis corpoꝝ
q̄ receptio q̄dā eſt alteratio: l₃ nō ſit alteratio phiſica.
Et ideo haꝝ paſſionū ſunt tales rōnes vt ſi dicat: ira/
ſci eſt mot⁹ huius corpis cuius ſanguis acceſus eſt: aut
partes hui⁹ ſicut cordis qđ mouet primo in ira ẜm ſi/
ſtolē quādo ꝯturbat: ꝛ poſt ẜm dyaſtolē qñ petit vin/
dictā: aut potētie q̄ cōiuncta eſt huic corpori: aut parti
corpis ꝛ ab nocumēto illato: ꝛ pp hoc malū inferēdū
in vindictā. Cū aūt oīa hec in phiſica mā ſcripta ſint:
phiſici erit cōſiderare de aīa aut omni ſi oīs aīa eſt ta/
lis: aut de aīa hmōi q̄ taliū eſt opeꝝ ꝛ paſſionum.

Capitulum ſeptimū: qualiter differenter conſiderat
phiſicus de eis q̄ hic querunt a dyaletico ꝛ mathema
tico ꝛ methaphiſico ꝛ mechanico ī q̄ ē digreſſio q̄dā.

Phiſicus autē ꝛ dyaleticus diffiniunt differen Tex. ꝛ cō. 16.
ter vnūquodq₃ iſtoꝝ q̄ dixim⁹ eſſe aīe opa ꝛ
paſſiones. Si enim querimus qđ eſt ira inten
dentes de diffinitione q̄rere dicet dyaleticus ꝙ eſt ap/
petitus cōtrarij doloris: aut aliquid huiuſmodi diffi/
niens p intentiones cōmunes formales que nō ſunt ve
ra cauſa rei ꝓpria: ſed intentiones cōmunes inuente in
plurib⁹ ꝛ nulli ꝓprie: ꝛ ideo diffinit p formā q̄ forma
de ſe cōmunis eſt ꝛ nō appropriat ad eſſe rei niſi p pro
priā materiā vniuſcuiuſq₃ rei. Phiſicus aūt dicet ꝙ ira
eſt accenſus vel aſcenſus ꝛ calefactio ſanguinis circa
cor tangens propriā cauſam efficientē q̄ eſt aſcenſus ꝛ
calefactio ſanguinis ꝛ ꝓpriā materia₃ que eſt ſanguis
cordis bulliens ꝛ ſubiectū qđ eſt cor. Et hoꝝ quide₃
alius reddit materiā ꝓpriā.ſ. phiſicus: alius aūt reddit
ſpeciē ꝛ intentionē forme ſimplicē ꝛ cōmunē que ē rei
ratio cōmunis. Hic eni₃ cōſiderat rationē ſiue intentio
nem cōmunē rei eo ꝙ nō deſcendit ad ꝓpria. Ille aute₃
cōſiderat principia realia que dant eſſe rei. Neceſſariū
autē eſt ꝙ iſta realia principia ſint in materia huiuſmo/
di que determinata ꝛ ꝓpria eſt ſi erunt ꝛ habent eē in
natura: ſicut etiā domus ratio differens eſt aſſignata ꝛ
cōſiderata a dyaletico ꝛ mechanico qui naturalē imi/
tatur: ſicut ars imitat naturā. Dicet enim dyaleticus ꝙ
domus eſt operimentū ſiue receptaculū ꝓhibens aeris
corruptiones: que ſunt excellētia frigoris ꝛ excellētia
caloris ꝛ corruptionis imbriū ꝛ caumatū. Mechani/
cus autē dicet ꝙ lapides ꝛ ligna ſic cōpaginata vel li/
gata. Alius vero ab vtroq₃ iſtoꝝ eſt qui in his mate/
rialib⁹ determinatis prebet in diffinitione ſua ſpeciem
que eſt intentio domus propter finē qui dictus eſt: h̄ eſt
vt prohibeat corruptiones. Queram⁹ igitur quis hoꝝ
diffinientiū ſit phiſicus: vtrū ille ſit phiſicus qui conſi/
derat materiā ꝛ ignorat rationē intentionis forme: aut
ille qui ſolū eſt circa rationē que eſt cōmunis rei inten/
tio ꝛ cōceptus: aut ille qui eſt ex vtriſq₃: quoniā ex in/
ducta differentia mechanici ad dyaleticū poſſum⁹ co/
gnoſcere eū qui perfectus eſt phiſicus: quoniā dixim⁹
ꝙ quidā illoꝝ quodāmodo vterq₃ eſt: q₂ ꝛ prebet for
mā rei propter determinatū finē inductā: ꝛ prebet ea₃
in hac determinata materia in qua habet eſſe ẜm rem.

Queramus etiā ꝙ ſi nos cōceſſerimus ꝙ phiſicus
perfectus vtrūq₃ facit: vtrū ipſe ſit circa alias formas
ꝙ̄ ſint forme que ſunt paſſiones materie determinate:
que nomine ſuo ꝛ diffinitione cōcernunt materiā cor/
poris mobilis vt mobile: ꝛ nō ſeparant ab ipſa per no
mē ꝛ diffinitionē ſiue rationē: ꝛ ipſe phiſicus conſide/
rat tales inq̄tū nō ſeparant: etiā ſi ẜm aliā aliquā ra/
tionē ſeparari poſſent. Uerbi gratia: quoniā phiſicus
eſt cōſiderans carnē: que nec nomine nec ratione ſepa/
ratur a phiſica materia: que eſt corpus trāſmutabile in
quātū eſt trāſmutabile: ꝛ ſi in alia materia carnis ꝛ no
mē ꝛ ſpecies eſſe ponat erit equiuocū nomē ꝛ ſpecies
carnis ẜm veritatē nō eſt in alia: ſed ẜm ſimilitudinē ſo
lam. Cōſiderat etiā mathematicus quantitatē q̄ nō eſt
forma ſequens trāſmutabile corpus inquātū tranſmu/
tabile: ſed potius ſequens corpus inquātū eſt corp⁹: ſ₃
phiſicus nō conſiderat ſic quātitatē: ſed potius ẜm qđ
nō ſeparat a trāſmutabili corpore īquātū eſt mutabile
quia cō

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

quia cõſiderat quantitatẽ nõ ſm q̄ eſt quãtitas: ſed ſm
q̄ eſt terminus magnitudinis augmẽti vel diminutio/
nis. aut ſm q̄ eſt diſpoſitio mobilis loquit. Phiſic⁹
igitur circa oĩa illa eſt quecũq; ſunt phiſici corporis in
quãtũ eſt ſic trãſmutabile: ꝛ cõſiderat oĩa opera talis
materie ꝛ oẽs paſſiones ei⁹. Quecunq; aũt ſunt qui/
dẽ in phiſico corpore ꝛ nõ ſunt his ſimilia: q̄ ſilicz ſint
forme ꝛ opa ꝛ paſſiones ipſius phiſici corpis in eo q̄
eſt phicũ: ſed potius a volũtate ꝛ arte inducũtur i phi
ſica corpora illa ſũt alteri⁹ qui mechanicus dicit: ſicut
eſt mechanicus qui dicit: inſtructor ſiue architector q̄
ſtructuras: ſiue etiã medicus qui circa corp⁹ humanũ
facit cliſteriũ ꝛ embota ꝛ hmõi inſtrumẽta. Scire.n.
cãs corpis hũani phĩci ẽ ñ medici: ſz forme q̄ ſz eẽ nõ
ſũt ſeparabiles a phiſicis coporibus ſz ſemp ĩueniũtur
in eis: ꝛ tamẽ nõ ſequunt corpus phiſicũ inquãtuz phi
ſicũ eſt: eo q̄ nõ ſunt phiſici corporis inquãtuz mobile
eſt: ſed ſunt ſz rationẽ ante ipſum: ꝛ ſequũt corpus in/
q̃tũ eſt corpus: ꝛ iõ dicant eſſe phiſici corpis ex remo
tione: q2 ſunt eius quod abſtrahit a phiſico corpore.
Omne eniz phiſicuz corpus eſt corpus: ſed nõ conuer/
titur ꝛ ideo abſtrahit corpus a phiſico corpore. Que
cunq̄ igitur ſequũtur ad corpus ſm q̄ abſtrahit a phi
ſico corpore ſunt ante principia phiſica: ꝛ ideo de illis
erit alius philoſophus qui mathematicus vocat: cui⁹
tamen oĩa cõſiderata ſunt in phiſico corpore: ſed tamẽ
nõ trahunt rationez ab ipo: ꝛ ideo nõ concipiunt in no
minibus ſuis materiam ſenſibilez ꝛ mobilez: ſed intel/
lectualem magnitudinez tantum. Et huius ratio eſt: q2
nihil diffinit per ea que conſequũtur ipſuz ſm naturaz
ſed potius per ea que ipſuz ſm naturã antecedunt. Et
cum oĩa que ſunt tranſmutabilis corpis principia con/
ſequantur ſm naturam ea que ſunt principia corporis
ſimpliciter accepti: oportet neceſſario q̄ nihil coꝝ que
ſunt phiſici corpis vt eſt phiſicum concipiatur in ra/
tione eorum que ſunt corpis vt eſt corpus. Non ſunt
tamen illa ſeparata omnino: qm̃ concipiunt in rationi/
bus ſuis ſubiectuz intellectuale quod eſt magnitudo
que ſm naturaz antecedit corpus vt eſt corpus. Sicut
autem diximus q̄ corpus per naturaz antecedit phiſi/
cum corpus: ita ens ꝛ ſubſtantia ꝛ huiuſmodi per na/
turam antecedunt corp⁹ ꝛ magnitudinẽ: ꝛ ſunt iſta ſm
ſe ſeparata: ꝛ per accidens coniuncta: cũ materia cor/
poꝝ que ſunt quanta ꝛ mobilia: qm̃ iſta ſm ſe eſſe rea
liter inueniũtur ante h̃ in intelligentijs ꝛ ſubſtantijs ſe
paratis: ꝛ d̃ his ẽ primus philoſophus ſz q̄ i ꝓhemijs
dixim⁹ libri phiſicoꝝ. Dixim⁹ ẽt m̃lta d̃ his i ſcd̃o phi/
coꝝ: cũ certitudine ãt hñt in prima phĩa determinari.

DIGRESSIO

Dubitabit aũt fortaſſe aliquis an veruz ſit qd̃
diximus dyaletici diffinitionẽ per ſolã formã
eſſe datã cum forma pars ſit rei ꝛ non totius
videtur fortaſſe nõ predicari de toto: ſicut neq; dicere
poſſumus q̄ hõ eſt anima: predicantur aũt ea que ſunt
dyaletica de toto: nõ ergo videntur eſſe forme ſimpli/
ces que p̄dicant in logicis: ſed potius potẽtia ꝛ actus
cõiuncta videntur eſſe ꝑcipue cuz ſimplex de cõpoſito
vere nõ predicet. Adhuc aũt cũ potentia ꝛ actus ſint
principia cuiuſlibet generis: ſicut in phiſicis d̃claratũ ẽ
ꝛ ꝑcipue principia ſbe: ꝛ logicus ſumat predicata ge/
nera vel ſpẽs: videbũtur oĩa illa eſſe cõpoſita ex potẽ
tia ꝛ actu: ꝛ nõ eſſe ſolius forme ꝛ ſpẽi intẽtiones. Am
plius aũt oĩo diffinitio cõpoſita eſt: ꝛ nullũ ſimplex
diffinitur: cũ ſimplex ſit vnum ſolũ ꝛ oĩs diffinitio cõ/
tineat plura videbit forte alicui ex his ꝛ ſimilibus ve
rum non eſſe quod dictuz eſt: logicum ſolam formã cõ
ſiderare ꝛ ſpeciẽ. Similiter autẽ non videtur phiſicũ
cõſiderare materiã ſolaz: q2 materia principiũ cogno/
ſcẽdi rem nõ eſt: ꝛ ꝓbatum eſt in ſcd̃o phiſicoꝝ phiſi/
cum debere inducere omnes cauſas. Omnibus aũt
huiuſmodi rõnibus rñdentes dicimus q̄ forma rei du
pliciter põt cõſiderari ſicut dicit auič. vno.n. modo cõ
ſideratur vt eſt actus rei ꝛ ꝑs eſſe eius: ꝛ hoc mõ non
de re predicat. Alio aũt modo vt eſt intẽtio rei abſtra/
cta a re: ꝛ ſic predicat: q2 eſt intẽtio totius ꝛ nõ ptis: to
tũ eni ſignificat ſub q̃libet forma q̄ i ipſo ẽ ſiue ſit gñis
ſiue differẽtie ſiue ſpẽi ſiue ꝓprij ſiue accñtis: ꝛ ſz q̄ ſi
gnificat ſtãs ſub aliqua illaꝝ formaꝝ: ſic abſtrahit ab
ipſo vl'e: ꝛ eſt illud vl'e intentio totius ſui: ꝛ ideo pre/
dicatur de toto. Et has intẽtiones totius cõſiderat lo
gicus: ꝛ quedã eaꝝ ſunt accepte vt ſimplices: ꝛ que/
dam ſicut cõpoſite intẽtio accepta a toto ſm q̄ ſignifi
ficatur ſub forma generis vt genus eſt: ꝛ intẽtio acce/
pta de toto ſm q̄ ſignificat ſub forma differẽtie: ꝛ intẽ
tio accepta de toto ſm q̄ ſignificat ſub forma ꝓprij: ꝛ
intẽtio accepta ſiue abſtracta de toto ſm q̄ ſignificat
ſub forma accidẽtis ſimplices ſunt ꝛ intẽtiones ſunt to
tius: ꝛ ideo de toto ſicut dictũ eſt p̄dicantur. q2 ſicut di
ximus totũ põt optime ſignificari ſtans ſub forma que
eſt eſſentialis ꝛ accidẽtalis: ꝛ ſi eſt eſſentialis põt eſſe
pars dũmodo illa forma ſimpl'r ꝛ ſm totũ iſit ꝛ nõ ſm
partẽ: ſicut ſunt quedã accidẽtia que ſm ptez inſũt: vt
ethiops qui dicit eẽ albus dente: forma aũt ſpẽi cõpo
ſita eſt: ꝛ q2 diffinitio dicit quidditatẽ rei vel ſpẽi: iõ ꝛ
ipſa plura cõtinet: ſed nõ eſt cõpoſita ex materia ꝛ for/
ma: ſed potius ex genere ꝛ differẽtia quoꝝ genus ẽ lo
co mãe: ꝛ differẽtia loco forme: tñ illud qd̃ eſt loco ma
terie nõ eſt mã ſed eſt forma generalis abſtracta: nõ a
q̃libet mã: ſed a mã ꝓpria q̄ eſt ꝓportionata forme q̄ ẽ
differẽtia. Et ſi ꝓprie velimus loq̄ dicem⁹ q̄ eſt abſtra
cta: nõ a mã ſed a toto ſm q̄ ſignificat totum nõie ma/
terie ꝓxime: ſicut ſi dicã ſignificari hominẽ ſm q̄ ẽ ani
matũ ſenſibile corpus: ſic eni eſt mã ꝓxima homini: ꝛ
qd̃ abſtrahit ab eo ſm q̄ ſic ſignificat eſt forma gene/
ris que eſt aĩal. Sic igit p3 qualiter intẽtiones cõmu/
nes abſtracte a rebus: aliquãdo ſunt ſimplices ꝛ aliqñ
ſunt cõpoſite: ꝛ tamẽ ſemp predicant de toto: ꝛ quãdo
ſunt ꝯpoſite nõ ſunt ꝯpoſite niſi ex genere ꝛ differẽtia
ꝛ nõ ex mã ꝛ forma: quoꝝ genus eſt ſicut materia: dif/
ferẽtia v̄o vt actus: ꝛ hoc mõ intelligitur q̄ potentia
ꝛ actus ſunt principia generũ. Si aũt quis obijciat:
q̄ ſm hoc ſi potẽtia eſt genus ꝛ potentia eſt principiũ
generis: quo modo ergo erit principiũ generis: dicem⁹
q̄ potẽtia ſimplex nõ eſt genus: ſed potẽtia contracta
per differẽtiaz: ꝛ ſi illa differẽtia eſt intrinſeca ita q̄ fa
ciat ſummũ in vna ordinatione predicabiliũ: tunc facit
generaliſſimum eo q̄ ante illud nihil eſt quod vniuoce
predicetur. Sz ſi differẽtia eſt quaſi extra ꝛ ponit in p
tẽ p̄dicamẽtoꝝ vniuocoꝝ: tũc facit gen⁹ ſbalternũ vel
ſpẽz vbi gratia: ſic ſi dicã: ens p̄dicat vniuoce. Si ãt ad
dã differẽtiã q̄ nõ coartat in p̄dicabilib⁹ vniuoce: ſed
in his q̄ p̄dicant equoce ſz analogiã vt ſi dicã ens p ſe
exñs: tũc facio gen⁹ gñaliſſimũ vl' ſi dicã ens in alio ñ
p ſe: vt mẽſura entis p ſe: vl' vt diſpõ entis p ſe. Si aũt
dicãt ens p ſe aĩatũ: tũc facio gen⁹ ſbalternũ vl' ſpẽz ſb
Tex. t cõ. 40. S Unt aũt quidam qui non omniũ elementoꝝ virtute fieri dicebant alimentum: ſed virtute ignis tantũ: ⁊ ſimiliter augmentũ cuius aſſignabant rationẽ: quia ignis ſolus inter omnia corpora ⁊ alitur virtute propria ⁊ augmentat. Alitur enim inquantũ educit ſubtile humidũ de calefactis ⁊ cõualeſcit ⁊ ſuſtentat in ipſo: auget aũt inquãtũ incrementum accipit ſue q̄titatis per appoſitionẽ cremabiliuꝫ: ⁊ propter hoc dicũt ꝙ ignis etiã hec duo in omnibus operat animatis. Et hi q̄dem adhuc alijs duabus rationib⁹ ſunt inducti quaꝝ vnã eſſe dicebant: q2 videbant ignẽ non nutritũ perire per continuã ſue materie perditionẽ. Euolant eniꝫ aſcendendo ſemꝑ materiales partes ignis: ⁊ contendũt ſuperius. Cũ igit ſic cõtinue deperdat: indiget deperditi reſtauratione. Non aũt deperditum reſtaurat niſi per nutrimentũ: oportet igit ꝙ ignis nutriat. Si q̄s aũt eis dixit ꝙ ignis naturaliter mouet ſurſum: ⁊ ideo partes ſue mãles euolãt ex ipſo nãliter: dicebãt hoc eſſe non poſſe ꝑpter hoc ꝙ nihil corrũpit ſeipſuꝫ: nec nãliter intendit ſuiipſius corruptionẽ: ignis autẽ corrũpitur per hoc ⁊ deſtruit ꝙ paulatim euolãt ex ipſo partes mãles ſue: ergo nõ nãliter emittit eas: ſed per aliq̄d corrũpens: erit igitur etiam nãle nutrimentũ ipſum ſaluans ⁊ deperditũ reſtituens. Alia aũt ratio iſtoꝝ fuit: q2 dicebant augmẽtum fieri per hoc ꝙ addit aliud corpus intrãs in poros eius qð auget ⁊ nihil eſſe ita poroſum ſicut igneꝫ ꝓpterea ꝙ ſicciſſim⁹ eſt ⁊ perſpicu⁹: ex ſiccitate etiam cõtinet poros: ꝑſpicuitas aũt multitudinẽ oſtendit poroꝝ. Hec aũt nõ ſunt vera in toto: veꝝ q̄dẽ enim eſt nõ fieri alimẽtũ ſine calore ignis: ſꝫ calor ille inſtrumẽtalis eſt ⁊ nõ primũ efficiens: ⁊ ideo eſt cõcauſa ⁊ nõ cã principalis. Opat eniꝫ in alimẽtũ nõ ſpẽs ignis ſed ſpẽs viui corpis ⁊ virtutis aĩe: ſicut ſupi⁹ diximꝰ: ⁊ ideo nõ alterat ad ſpẽꝫ ignis: ſed carnis vel oſſis: q̄ ſunt ſpẽs organoꝝ aĩe. Cui⁹ ſignũ eſt: quia augmentũ ignis in q̄titate interminatũ eſt: tm̄ eniꝫ auget: q̄tũ eſt cremabile appoſitũ igni. Sꝫ oĩuꝫ aĩatoꝝ q̄ ꝯſtãt in figura ⁊ q̄titate certa eſt q̄titas in qua ſaluatur forma illi⁹ ſpeciei: ⁊ eſt ratio magnitudinis in maximo ⁊ in minimo in qua ſtat: ⁊ extra quã nõ ſaluat ſpẽs: ⁊ augmentũ h̄ꝫ terminũ qð eſt q̄titas organoꝝ: que ſufficit opationib⁹ virtutũ ⁊ potentiaꝝ: g̃ aliud eſt principiuꝫ augmẽti in aĩatis q̄ ſit virt⁹ ignis: hãc aũt vocam⁹ animã que talẽ ponit augmẽto ſuo terminũ: h̄ eniꝫ magis ſunt rõnis hoc eſt forme q̄ dat eſſe ⁊ rationẽ: q̄ materie hoc eſt q̄ alicui⁹ virtutis mãlis vel corporee ſicut eſt calor ignis. Alia autẽ ratio qua auicẽna improbat ſniam iſtaꝫ eſt: ꝙ ignis quãdo nutrit ⁊ auget: nõ nutrit ⁊ auget niſi ſeipſum: aĩa autẽ vegetabilis: neqꝫ nutrit: neqꝫ auget ſeipſaꝫ: ſꝫ poti⁹ corp⁹. Rõnes aũt quas inducũt nõ difficile eſt ſoluere: dicim⁹ eniꝫ ꝙ ignis nõ ꝓprie nutrit neqꝫ auget. Id eniꝫ qð ꝯuertit in ignẽ: non ingredit in ignẽ: neqꝫ ingredit in ipſum vt cuilibet pti addat ⁊ vniat ſꝫ diffundit ignis ꝑ generationẽ forme ignis in mã aliena. Et qð dicũt ꝙ attrahit ſubtile humidũ ex cremabilib⁹ ⁊ ꝙ illo cibat: dicendũ ꝙ nõ ad hoc attrahit vt illo cibet: ſꝫ poti⁹ vt in illo generetur tanq̄ in prima mã. Nõ eniꝫ attrahit niſi q2 calefacit ⁊ ſubtiliꝫat: ⁊ tũc calor facit ipſuꝫ ebulire ad ſuperficiẽ corpis: cui⁹ illud fuerat humidũ: ⁊ ibi fumat ⁊ fit flãma: deberet aũt attrahi in oẽs ptes ignis anteq̄ inflãmaret ſi eẽt nutrimentũ ignis: pꝫ igit ꝙ illud eſt ꝓprie generatio ignis ⁊ nõ nutrimẽtũ. Qð aũt dicũt in igne fieri deꝑditionẽ ẜm mãꝫ: dicẽdũ ꝙ accidit igni inquãtũ eſt in loco alieno: ꝑ hoc eniꝫ materie ptes plus igniſẽs euolãt intendẽtes ire ad locũ propriũ: ſed extinguunt ab aere circũſtante: ⁊ ſic fit ꝯtinua ignis deperditio: neqꝫ intendit per hoc ſuã corruptionẽ: ſꝫ potius melius ſaluari ⁊ cõualeſcere in loco ꝓprio: ⁊ ſic fieret ſi nõ impediret: ⁊ ideo nõ intendit ignis ẜm naturam reſtaurare illud deperditũ: ſed potius per inflãmationem multiplicare ſuã ſpeciẽ in materia aliena ſicut diximus. Quod aũt obijciũt de poris ⁊ vacuo oſtendimus nihil eſſe in primo de generatione ⁊ corruptiõe. Excluſis aũt ſic falſis opinionib⁹ ⁊ erroꝛib⁹ antiquorũ: loquemur de qualibet potẽtia vegetabilis anime: oſtendentes que ſit quelibet ipſarum: ⁊ quã habẽt ad inuicem: ⁊ ad animã vegetabilẽ cõparationem.

Caplm quintũ de alimento quod eſt obiectũ nutritiue ⁊ vegetatiue.

Tex. t cõ. 42. Q Uoniam aũt hec potentia anime quã vocamus nutritiuã eſt vegetatiua indiuidui generatiua per multiplicationẽ indiuiduorum in ſpecie: oportet nos ẜm predictã doctrinã prius loqui de nutri/

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

de nutrimēto. Opꝫ enim qd̄ eſt alimēti opus determi/natio ſit circa alias potētias aīe vegetabilis: eo ꝙ augmētatiua ꝛ generatiua opationē quādā alimenti recipiūt. Eſt igit̄ alimentū q̄ſi obiectū vnū trib⁹ potentijs aīe vegetabilis ꝑuiū.

Tex.ꝛ cō.43. Primū āt qd̄ de alimēto q̄rēdū occurrit eſt: vtrū alat̄ ꝯ̄riū ꝯ̄rio: vel ſil'e ſili. Uidet̄ eniꝫ q̄buſdā ꝙ ꝯ̄riū alat̄ ꝯ̄rio: ſꝫ nō oē ꝯ̄riū alit̄ a quocūqꝫ ꝯ̄rio: ſꝫ ſolū illo ꝯ̄rio alit̄ aliq̄d ꝯ̄riū: qn̄ ꝯ̄ria non ſolū generari poſſibile eſt ex alterutris: ſꝫ etiā augmētari vnū ex alio. Multa eniꝫ generant̄ ꝯ̄rioꝝ ex alterutris: nō tn̄ oīa ꝯ̄ria fiūt ex oib⁹ ſicut dixim⁹ in .j. libro phicoꝝ: ꝛ eoꝝ q̄ generant̄ ex inuicē nō oīa augent ſe inuicē: ſicut qn̄ ſanū generat̄ ex laborāte: nō auget neꝙ alit̄ vnū ex alio: ꝛ vt vniuerſal'r dicat̄, cū ꝯ̄ria ſint q̄ ſūt potētia ꝛ act⁹ ad inuicē in generib⁹ oib⁹: ea q̄ ſunt vni⁹ generis ꝯ̄ria generant̄ ad inuicē: ſꝫ nō auget neqꝫ alit̄ vnū ex alio niſi ſint ꝯ̄ria in genere ſubſtātie tm̄ accepta. In illis eniꝫ vnū ſubal'r pōt ꝯuerti in ſubaꝫ alterius: ꝛ ideo vnū pōt alere ꝛ augere alteꝝ. Sꝫ adhuc obſeruādū eſt: ꝙ neqꝫ illa eodē mō ſe habēt ad inuicē ꝙ ſcꝫ vtrūqꝫ alat reliquū ꝛ econuerſo: ꝛ hoc ſcim⁹ ex dictis antiquoꝝ: q̄ dixerūt de ſimplicib⁹ corpib⁹ ꝙ aq̄ alit ignē: ꝛ nō ecōuerſo ignis alit aquā: ꝛ lꝫ falſa ſit eorū ſuppō tn̄ viſſima rōne fuerūt inducti. Uiderūt eni ꝙ nihil aliud alit: niſi qd̄ recipit ſpēm ꝛ formā ei⁹: qd̄ alit̄ ab ipſo. Humidū āt inter oīa prima ſolū videbāt facile recipe formas ꝛ ſpēs alioꝝ corpoꝝ q̄ ei imprimunt̄: ꝛ ideo dixerūt hoc ſolū eē alimētū. Et hec rō cogit ꝙ oē alimētū oꝫ humidū eē ſm actū: lꝫ forte potētia ſit alteri⁹ q̄litatis. Uiderūt ēt ꝙ oē qd̄ alit̄: ſpēꝫ ꝛ formā ſuā īprimit ei qd̄ alit ipm. Nihil āt adeo pōt eē ſigillatiuū forme ſue: ſic̄ calidū ꝛ ſiccū: qꝛ calidū penetrat: ꝛ ſiccū retinet acumē qd̄ dat ei calidū: ꝛ iō ſoluꝫ ignē nutriri dixerūt: pꝫ igit̄ ꝙ lꝫ nō veꝝ dixerint in h ꝙ aq̄ alat ignē: tn̄ cā ꝑpter quā illud dixerūt eſt viſſima: ꝛ ex vītate q̄ eſt in dicto eoꝝ iſto: accipit̄ ꝙ nō eq̄liter ſe hn̄t ꝯ̄ria ad inuiceꝫ: q̄ꝝ vnū alit: ꝛ alteꝝ alit̄: ꝙ vtrūqꝫ .ſ. ab altero ꝛ ali poſſit ꝛ alē reliquū. Alēs .n. ī eo ꝙ ē alēs oꝫ ꝙ ſit ī actu humidū ſuſceptibile forme ꝛ ſpēi ei⁹ qd̄ alit̄. Id āt qd̄ alit̄ ē hn̄s vtutē q̄ formā corporis qd̄ alit ꝛ mēbroꝝ ei⁹ ſigillat ī ipſo: ꝛ iō īdiget īſtrumēto qd̄ ē calor nālis: ꝛ alijs vtutib⁹ ſibi ſubſeruiētib⁹: de q̄b⁹ īfra dicem⁹. Diſtinctio āt q̄ eſt iter alēs ꝛ id qd̄ alit̄ iter corpa aīata: in ſolis ſimplicib⁹ dep̄hēdit̄: ſicut dixim⁹ ꝙ ignis alit ꝛ aq̄ alit̄: ꝛ nō ita videt̄ in cōpoſitis: ꝑpter qd̄ cōpoſita ab excellētijs primaꝝ q̄litatū ſūt remota: ꝛ ita nō vident̄ eſſe in actu humida: neqꝫ in actu adeo ſicca ꝙ poſſint ita euidēter hēre ꝓprietates alētis ꝛ aliti: quemadmodū ſimplicia.

Tex.ꝛ cō.44. Hec āt que dixim⁹ hn̄t dubitationē eo ꝙ q̄dā vidētes alimentū vniri ei qd̄ alit̄: nihil aūt vniri alij: niſi qd̄ ſilitudinē hꝫ in forma ad ipſuꝫ: dicūt nō augeri vl' ali ꝯ̄riū cōtrario: ſed poti⁹ ſil'e ſimili. Alij āt de q̄b⁹ ꝑdixim⁹ videbat̄ ali ꝯ̄riū ꝯ̄rio: tāqꝫ īpoſſibile ſit ali ſil'e ſimili. Et ꝑ ſe īducūt rōne: ꝙ oē alimētū mutat̄ ꝛ decoquit̄ decoctiōe calidi. ꝛ humidi: ſic alimētū oē mutat̄. Mutatio āt oīs: aut eſt de ꝯ̄rio in ꝯ̄riū: aut de ꝯ̄rio in mediū: qd̄ cōparatū ꝯ̄rio eſt ꝯ̄riū: g̃ nō alit̄ niſi ꝯ̄riū ꝯ̄rio.

Tex.ꝛ cō.45. Adhuc āt oē alimētū patit̄ ab eo qd̄ alit̄: ꝛ nō ecōuerſo: ꝯ̄ria āt ſūt q̄ patiunt̄ ab inuicē: patit̄ eniꝫ decoctionē ꝛ aſſimilationē: cū oīs decoctio ſit cōplexio a nāli ꝛ ꝑprio calore ex ꝯ̄iacētib⁹ q̄litatib⁹ aut paſſionibus ſicut habitū eſt in quarto methauroꝝ. Tex.ꝛ cō.42 Nō tn̄ patitur id qd̄ alit̄ ab alimēto: ſicut neqꝫ īſtrumētoꝝ domus aliq̄d patit̄ a mā ex q̄ fit dom⁹: ſꝫ poti⁹ mā patit̄ ꝛ trāſmutat̄ ab ipſo in domus formā. Ita ꝛ alimentū trāſmutat̄ in formā eius quod alitur ꝛ non ecōuerſo. Inſtructor aūt domus nō habet mutationē niſi illam que eſt ex ocio ad agere ſiue actus primi ad ſecundū: ſicut ſcientē dicim⁹ mutari qn̄ actu fit conſiderans: ita etiā aīe virt⁹ q̄ nutritiua vocat̄ mutat̄ qn̄ de nutriente ſm potentiā efficit̄ nutriens in effectu: ꝛ forte h nūꝙ eſt: quia in talib⁹ virtutib⁹ ſuperi⁹ dixim⁹ aīam magis fore actū ſecūdū ꝙ primū: ꝛ poti⁹ aſſimilari vigilie ꝙ ſomno: forte eni ſemꝑ nutrit: ꝛ ſi nō ſemꝑ nutrimentū ab extrinſeco q̄rat: qꝛ ſemꝑ aliquid agit circa nutrimētū: aut diſſoluendo: aut alterādo: aut attrahendo: aut vniendo mēbris. In determinādo aūt iſtā queſtioneꝫ magnā habet differētiā: vtrū nutrimentuꝫ ſit qd̄ vltimo eſt qn̄ vnit̄ mēbris aut qd̄ primo querit vt nutriat anteꝙ alteret̄ ꝛ aſſimilet̄: aut vtrūqꝫ: qn̄ ſi cōſideremus nutrimentū ſm actū: h eſt ꝙ pōt perficere nutrimenti operationē p hoc ꝙ mouet̄ ad mēbra ꝛ vnitur mēbris: ſine dubio tunc id qd̄ aſſil'atū eſt membris eſt nutrimentū. Si āt nutrimentū accipiat̄ ſm potentiaꝫ: ꝙ ſcꝫ pōt per ſuā ſubam fieri nutrimētū tūc nutrit̄ cōtrariū cōtrario: ꝛ ideo nō coctū adhuc eſt cōtrarium: coctū aūt ſimile: ꝛ ita vtrūqꝫ predictoꝝ cōtingit dicere: ꝛ ꝙ cōtrariū cōtrario: ꝛ ꝙ ſimile ſimili alit̄ur: ꝛ iō manifeſtū ē ꝙ vtriqꝫ quodāmō recte ꝛ nō recte dicūt

Quoniā āt ſicut ſupra oñdimus: nihil alitur ꝓprie qd̄ non habet aīam: oportet aīatū eſſe corp⁹ quod alitur: ꝛ aīe potētia in alimentū agere: ꝛ non virtute elementali ſimplici. Alimentū igit̄ aīati corporis p ſe eſt ꝛ nō ſm accidens virtutibus aūt elemētalibus nō attribuit̄ niſi p accn̄s: h eſt inquātū ſunt inſtrumēta aīe: ꝛ ſic qualitates elementales ſunt cōcauſe ꝛ non cauſe alimenti: ſicut ſupra oſtendimus. Tex.ꝛ cō.46.

Cap. vj. de officijs nutritiue ꝛ augmentatiue.

His āt habitis de alimēto: ꝛ de ipſis potētijs eſt determinandū. Eſt āt potētia nutritiua q̄ de nutrimento reſtaurat deperditū in corpore aīato vt ſaluet in eſſe diuino. Augmētatiua aūt eſt illa que de nutrimēto addit ꝙtitati mēbroꝝ vt ad debitam longitudinem ꝛ quantitatem deducantur.

Et ex hoc accipitur ꝙ licꝫ idē ſubm ſit alimento ꝛ augmētatiuo: hoc eſt ei qd̄ auget: tn̄ eſſe coꝝ ſm rōeꝫ diffinitiuā eſt alteꝝ ꝛ alteꝝ. Aīatū eni ſm ꝙ quātū ē alimentū augmentatiuū q̄rit: ſed nō nutrit niſi ſm qd̄ eſt h aliquid: ꝛ ſuba potens recipere formā mēbroruꝫ ꝛ ſubſtantiā. Nutrimentū eni non ſaluat niſi ſubſtātiā ꝛ ideo ꝙ diu pōt nutriri: tādiu ſaluat̄ ī indiuiduo. Sꝫ augmentatiua nō agit p totā vitā: ꝛ ideo ipſa non eſt ſaluatiua ſube: ſed potius pfectiua quātitatis. Et ſunt quatuor differētie inter nutritiuā ꝛ augmentatiuā: quarū vna eſt ꝛ principalis: ꝙ nutritiua nō accipit alimentū niſi inquātū eſt potentia ſuba membroꝝ: ꝛ non curat de quātitate. Augmentatiua aūt accipit ipſum inquātū potentia addit̄ quātitati mēbroꝝ: inquātū mēbroꝝ quātitas extendit̄ ipſo addito mēbris. Secūda aūt eſt: quia nutritiua addit ſubam cibi ſube mēbroꝝ equalē ſm tres corporis diametros: longitudinis ꝛ latitudinis ꝛ ꝓfunditatis: in oib⁹ his equaliter perditū reſtaurās: augmentatiua aūt precipue addit lōgitudini: ꝛ ideo indiget ꝙ calor ſuus ſit fortior ꝛ mēbra in q̄b⁹ eſt ſint mollia que extendi poſſint: h aūt ſic probat̄: longitudo eni nō fit maior niſi oſſib⁹ extenſis: ꝛ hec dura ſunt ꝛ nō niſi forti calore faciente diſcurrere nutrimentū p ipſa fieri pōt. Sil'r aūt non fit extenſio ſicci indurati: ſed potius ei⁹ qd̄ eſt humidū flexibile: Tex.ꝛ cō.47.

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

⁊ ideo non fit augmentũ niſi in iuuentute anteꝙ̃ adueniat ſiccitas nimia que prohibet extenſionem: ⁊ h̄ eſt cauſarũ vna quare non ſemper augentur corpora: ſed ſemper nutriũtur. Nutritiua enĩ licet ſm̃ omnẽ dimenſionẽ vt diximus nutriat: tamẽ ſm̃ latitudinẽ maxime nutrit: quia ad illius incremẽtũ nõ exigitur niſi aſſimilatio nutrimenti ⁊ additio: ⁊ nõ extenſio in ampliorẽ quantitatẽ niſi quãtũ extenditur in addito: ⁊ hoc frequẽter fit in ſolis mẽbris mollibus que ſunt caro ⁊ huiuſmodi: preter h̄ ꝙ oſſa extendantur: ⁊ hoc fit calore debili magis ꝙ̃ forti. Tertia differentia eſt: ꝙ nutritiua ebetiori vt dictũ eſt inſtrumento operat̃: augmentatiua aũt acutiori. Cũ enĩ calor naturalis vtriuſqȝ ſit inſtrumentũ: ebes calor eſt qui ſolũ cõuertit nutrimentũ ⁊ aſſimilat. Acutus autẽ qui facit ipſum diſcurrere per mẽbra dura que mollificat infundẽdo ea acuto humore nutrimentali: ⁊ tunc extendit ea: ⁊ cauſa hui⁹ eſt quia cuȝ quelibet virt⁹ plus poſſit in materia propria ꝙ̃ aliena ebetat̃ calor: quãto plus de aliena materia ingeritur. Quod vt melius intelligatur oportet ſcire ꝙ duplici humido indiget omne quod nutritur: vnũ quidẽ eſt ſeminale: quod eſt aliquid ſubſtantie ſeminis: ⁊ illud eſt propriũ ſubiectũ caloris naturalis. Aliud ãt eſt nutrimentale quod accipitur de nutrimento qḋ ſemper retinet aliquid de natura cibi: ⁊ ideo ſemper aliquid habet de extraneo: propter quod non adeo efficax eſt in eo calor naturalis: ſicut in primo humido ⁊ quãto plus ingeritur de nutrimentali humido qḋ additur radicali ſiue ſeminali: ex quo formantur mẽbra radicalia ⁊ quod eſt infuſum eis: tanto plus inſpiſſantur ⁊ indurãtur: ⁊ calor plus in eo debilitatur: ⁊ ideo calor qui primo fecit duas operationes alimenti. ſ. ⁊ extenſionis: tandẽ propter ſui debilitatẽ ⁊ membroꝶ duritiã nõ poteſt perficere niſi vnam que eſt nutrire: ⁊ ideo tunc ſtat augmentũ. Eſt aũt circa hoc adhuc notandũ ꝙ tempus incrementi etiã ſm̃ Galienũ ⁊ Auicẽnã eſt tempus etatis puerilis qui ſunt calidi ⁊ humidi propter vicinitatẽ quã habent ad ſuã originẽ q̃ eſt ex calido ⁊ humido. Humidũ aũt ⁊ calidũȝ ſimul cõiuncta faciunt diffuſionẽ ⁊ extenſionẽ: procedente aũt tẽpore exſiccat̃ paulatim humidũ in tempore iuuentutis ⁊ indurantur mẽbra: ⁊ licȝ acutius in iuuenibus ſit calidũ: tamen nõ eſt maius in iuuenibus ꝙ̃ in pueris. Et de hoc dat exemplũ conueniens Galienus: quia ſi aliqua caliditas determinate virtutis penetrat in aquã ⁊ eadẽ in eſſentia caliditas penetrat in materiã ſiccaȝ: acutior erit caliditas in ſicco ꝙ̃ in humido: ſed nõ maior. Et ſic eſt de calore pueroꝶ ⁊ iuuenũ qui equalis eſt licȝ acutior ſit in iuuenibus ꝙ̃ in pueris: ⁊ ideo in pueris plus de cremẽto operat̃ ꝓpter molliciẽ membroꝶ: ⁊ in iuuenib⁹ minus ꝓpter eorũdẽ duriciẽ: licȝ calor ſit equalis: ⁊ hui⁹ ſignũ ẽ ꝙ pueri circa ſeptimuȝ annũ vt in plurib⁹ pluſ ꝙ̃ dimidiũ perficiũt ſue quantitatis. Hec igit̃ eſt tertia differẽtia. Quarta ãt eſt penes finẽ vtriuſqȝ accepta: qr aĩa ſicut ⁊ natura nõ ẽ infinite ⁊ indeterminate intentionis: ⁊ ideo habita debita quãtitate in qua exercere põt ſuas operationes: nõ auget vltra augmẽtatiua aĩa: etiã ſi poſſet bñ vltra augere: qr nõ abũdat ſuperfluis nã: ſicut etiam nõ deficit in neceſſarijs: finis ãt nutritiue eſt ſaluare indiuiduũ ꝑ deperditi reſtaurationẽ: ⁊ h̄ neceſſariũ eſt in toto tp̄e: ⁊ iõ per totã periodũ continue operat̃. Reliqua autẽ que de augmento ⁊ nutrimento dicenda ſunt in primo de generatione ⁊ corruptiõe requirantur.

Cap. vij. de officijs virtutis generatiue.

Idem autẽ nutrimentũ per virtutẽ generatiuã eſt factiuũ generationis: non tamen generat id quod alitur: ſed poti⁹ generat id quod eſt: vt id quod alitur in ſpecie: cuius probatio eſt: quia nihil generat ſeipſuȝ: oporteret enĩ ꝙ idem eſſet ⁊ nõ eſſet ſimul. Omne eniȝ generans actu eſt: id aũt quod generatur actu non eſt ens: eſſet igitur idem ⁊ nõ eſſet ſm̃ ſubſtãtiã: ⁊ ideo ſicut alimento ⁊ augmento aliud ⁊ aliud eſt eſſe ſm̃ idẽ ſubm̃: ita alimẽto ⁊ generatiuo neceſſariũ eſt aliud eſſe ſm̃ diffinitiuam rationẽ. Propter quod notandũ eſt nutritiuã ſaluare indiuiduȝ ꝑ diſtributionẽ nutrimenti ad membra: ⁊ quod ſuperfluit membris: hoc ſequeſtrat ad membra genitalia q̃ trahunt ipſum ſicut ventoſa trahit ſanguinem. Membra aũt ſeminaria ſunt organũ virtutis generatiue: ſicut cerebrũ eſt organũ virtutis animalis: ⁊ cor virtutis vitalis: ⁊ virtus generatiua ſita in mẽbris genitalib⁹ imprimit in alimento ſuperfluo virtuteȝ formatiuã: que in ſeminis viſcoſitate retenta: quando fuerit in debito loco format ſemẽ in organicũ corpus: ſicut enim nutritiua cibo influit ſpẽm mẽbroꝶ ꝑ quã tendit ad mẽbra ita genitalia influũt ei virtutẽ formatiuaȝ qua format̃ ſemen in mẽbra corporis organici: ⁊ hoc quidẽ ſemen a toto corpore decidit ⁊ maxime a cerebro: ⁊ ꝑ ſpongioſitatẽ membroꝶ attractiua virtute teſticuloꝶ trahit̃ ad vaſa ſeminaria: ⁊ ibi informat̃ predicta virtute Et ideo virt⁹ generatiua in veritate eſt duplex. Una quidẽ in generãte q̃ deſcindit ſemẽ attrahendo: ⁊ hec operat̃ trib⁹: calore ſcȝ q̇ ſpumoſuȝ facit ſemẽ vt ſpumoſuȝ ſit ſpũ deferente formatiuã virtutẽ: ⁊ h̄ ſpirit⁹ extendit mẽbra genitalia: ⁊ eodẽ calore cõſumit ſuperfluũ humidi ſeminis vt efficiat̃ globoſuȝ ⁊ q̃ſi glãduloſuȝ ꝙ magis retinere poſſit virtutes ſibi impr̄ſſas: ⁊ meli⁹ retineat figuras mẽbroꝶ in ſe effigiatas. Operat̃ ãt ſeipſa virt⁹ generatiua influendo virtutẽ formatiuã que eſt in ſemine: ſicut ars eſt in artificiati mã: ⁊ operat̃ humido cibali: ſicut materia etiã operat̃: ⁊ operat̃ ventoſitate ſicut inſtrumẽto extendente mẽbra genitalia ad actũ coitus: ⁊ eijciendo ſemẽ a maſculo in feminã: ventoſitas enĩ ꝓpellit ſemen ad locũ debitũ. Alia aũt virt⁹ generatiua eſt in ſemine: que eſt virt⁹ formatiua: duo habens inſtrumenta: ⁊ duas materias: ⁊ duo opera: vnũ quidẽ ſuoꝶ inſtrumẽtoꝶ eſt calor ſeminis q̇ triplici virtute eſt informat⁹: quaꝶ vnã habet a ſubſtãtia inq̈tũ eſt calor: ⁊ ille eſt virt⁹ ſolutiua aut diſſolutiua ⁊ ſubtiliatiua ⁊ alteratiua ſeminis. Secũda aũt eſt virt⁹ celeſtis: que virtute operat̃ ad vitã ex potẽtia motionis celi: ſicut dixim⁹ in alijs locis. Tertia ẽ virtus aĩe: cui⁹ ipſe calor eſt inſtrumẽtũ virtute q̃ inducit formas organoꝶ phiſici corporis potẽtia exercentis opa vite. Habet etiã ſpm̃ infra ſpumã ſeminis contentũ ꝓ inſtrumẽto ꝑ quẽ vehit in oẽs partes ſeminis ſuas virtutes. Duo ãt humida ſunt materie in quibus h̄ operat̃: vnũ quidẽ eſt qḋ eſt in ſuba ſeminũ: ⁊ h̄ ẽ principale. Aliud ãt eſt attractũ vt addat̃ illi: h̄ eſt humidũ ſanguinis mẽſtrui loco cui⁹ infans querit cibũ cũ a matrice ſeparat̃ ⁊ h̄ humidũ eſt ſupplementũ qḋ additur humido ſeminali vt ſufficiat formationi mẽbrorũ. Duo ãt opera ſunt: vnũ quidẽ mẽbroꝶ formatio: alteꝶ aũt eſt qḋ attribuit̃ mẽbris: ſicut nũer⁹ mẽbroꝶ ⁊ ordo: ⁊ ſit⁹ ⁊ aſperitas ⁊ lenitas: ⁊ cetera hm̃oĩ q̃ mẽbris attribuũt̃. Hec igit̃ ſũt opa generatiue ⁊ h̄ q̇dẽ fit ex nutrimẽto. Fuerũt ãt q̇dã cõtẽdẽtes: nõ ex nutrimẽto: ſȝ ex aliq̇ qḋ actu eſt ꝑs aĩati: fieri gñatõeȝ dicẽtes eã fieri ex carne: ñ ex ſupfluo nutrimẽti. Sȝ error eoꝶ

coꝝ cõuincitur quattuoꝛ rationib⁹. Quaꝝ pꝛima eſt:
ꝙ caro vel aliud qḋ eſt pars coꝛpoꝛis animati: non eſt
potētia coꝛpus animatū: niſi pꝛius a ſua foꝛma coꝛrū/
patur: ſemē autē eſt potentia totū coꝛpus. Scḋa ratio
eſt: ꝙ illud qḋ eſt actu pars nō decidit ab aĩato: niſi cū
magno doloꝛe: ſemē aūt ſeparat̄ cū delectatione. Ter
tia ratio eſt: q2 actu pars nō decidit a toto coꝛpe: ſemē
aūt decidit a toto coꝛpoꝛe. Quarta ratio eſt: q2 vide/
mus oculis noſtris ſemina plantaꝝ: neq3 lignum eſſe:
neq3 folia: neq3 radicē3: ſ3 ſemina maturata: ⁊ videm⁹
ſemina animaliū nō eſſe carnē: neq3 os: ſed humoꝛem
albū: falſum igitur eſt qḋ dicūt: ⁊ rationib⁹ inductis ⁊
multis alijs manifeſtat̄ erroꝛ eoꝝ. Querūt āt iſti qua/
liter tūc fit generatio vniuoca: vt ex plāta plāta: ⁊ ex
hoīe homo. Sed ad hoc nos dicim⁹ ꝙ generatio dici
tur equiuoca vel vniuoca q̄tū ad generās pꝛimū effe
ctiue qḋ decidit a ſe ſemē: h̄ enim dat virtutē foꝛmati/
uam ſemini: ⁊ ſic fit ex plāta planta: ⁊ ex hoīe homo:
Cap. x co. 48. ⁊ ſic de alijs. Ex oīb⁹ aūt pꝛemiſſis ꝯſtat ꝙ huiuſ/
modi pꝛincipiū quod vocam⁹ animā nutritiuā eſt eius
qḋ pōt ſaluare ſeipſu3: ⁊ ſuſcipere tale pꝛincipium ſm
qḋ eſt in tali diſpoſitiōe. Ad h̄ eni3 habet eā vt ſaluet
in aliq̄b⁹ ſuis diſpoſitionib⁹: licet in omnib⁹ ſaluari nō
poſſit: q2 in q̄buſdam ꝯtinue mutat̄. Alia aūt ſunt que
nō indigēt tali pꝛincipio: eo ꝙ in oīb⁹ ſuis diſpoſitionī
bus ſp̄ vno modo ꝯſeruantur: ſicut coꝛpoꝛa celeſtia: ⁊
ideo illa hn̄t alias virtutes q̄ moꝛtalia. Nō eni3 indi/
gent nutritiua ⁊ augmētatiua ⁊ generatiua: queadmo
dum diximus in alijs.

Cap. viij. ⁊ eſt diſgreſſio declarans quattuoꝛ v rtu/
tes materiales dictis trib⁹ virtutib⁹ deſeruientes.

Opoꝛtet aūt ſcire ꝙ cū vnū ⁊ idē ſit ſubiectū
circa qḋ dicte virtutes tres opant̄. Habēt tn̄
in hoc ipſo virtutes multas ſubſeruiētes ſibi
quaꝝ tn̄ multitudo ad q̄ttuoꝛ eſt reducta: q̄ ſunt attra/
ctiua: digeſtiua: expulſiua: ⁊ ante has tres appetitiua.
Appetitiua eni3 appetit cibu3 appetitu nāli: pꝛout eſt
aie vegetabilis virt⁹. Appetit aūt ex vacuitate replen
tis nutrimenti ⁊ ex defectu qui puenit ex diſſolutione
dꝑditi a ſuba vegetabilis: h̄ tn̄ appetit⁹ cū ſenſu eſt in
his q̄ habēt animā ſenſibilē ⁊ vegetabilē: ⁊ vocat̄ fa/
mes ⁊ ſitis: ⁊ puenit ex ſenſu euacuatiōis. Attractiua
aūt in plātis q̄dē eſt ex calido qḋ eſt in radice ⁊ cete/
ris ꝑtib⁹ plāte: cuius virtute eſt ſuccio humidi nutrien
tis qḋ tāgit radices plātaꝝ. In animalib⁹ aute3 eſt per
motū villoꝝ: qui ſunt ſm longitudinē in ſtomacho ⁊
inteſtinis aīaliū. Sed digeſtio eſt ex ꝓpꝛio ⁊ naturali
caloꝛe digerēte: ⁊ ſepante purū ab impuro: ⁊ terminā/
te ipſu3 ad ſpeciē eius quod nutrit̄ inquantū eſt inſtru
mentū anime. Scias tn̄ trib⁹ pꝛecipue iuuari attractio
nem. ſ. ſilr̄itudine: vacuitate ⁊ caloꝛe: ſilr̄itudine quide3
ſicut magnes attrahit ferrū: ⁊ hoc fit in aīa vegetabili
qn̄ cib⁹ accipit mēbꝛi ſimilitudinē: ⁊ per illā mouet̄ ad
ipſu3: ſicut ſupius dixim⁹. Uacuitate aūt qn̄ membꝛa
vacua ſunt ⁊ poꝛi mēbꝛoꝝ ꝓpter multā factā in eis
dꝑditionē ⁊ ꝯſumptionē. Caloꝛe aūt trahente: q2 ca/
loꝛ nālis ſugit cibū: ſicut ignis ſugit oleū in lampade:
⁊ hi tres modi perficiūt attractionē in omni habente
nutritiuā virtutē aut potēiā. In animalibus aūt inſu/
per ſunt villi per longitudinē ſtomachi: ⁊ quoꝛundam
inteſtinoꝝ oꝛdinati: qui motu ſuo ingerunt ⁊ attrahūt
cibū in locū digeſtionis vt ibi digerat̄. Retentiua autē
operatur adhuc: vt cib⁹: ita diu ſtet in loco vno donec
debitā accipiat alteratiōe3. Et hoc q̄dē generalr̄ iuuat̄
tribus: ⁊ quartū ſpecialiter h3 in animalib⁹ perfectis.
Pꝛimu3 autem trium eſt diſſimilitudo quam habet
ad membꝛa: ⁊ partes diuerſas eius quod nutritur:
per illam enim impeditur nutritio ad partes nutriti.
Secundū aūt iuuans eſt ſiccitas retinentis: cui⁹ actus
in tenendo confoꝛtatur ipſa ſiccitate. Et tertiū eſt fri/
giditas: lic3 frigiditas ad illud operetur per accidens
⁊ non per ſe: per accidens autē dico frigiditatem ope/
rari: quia frigiditas tenet id quod eſt nutriens in eſſen
tia ſua ⁊ figura: ne caloꝛe diſſoluatur ⁊ euaneſcat vir/
tus eius eo modo quo etiā conſeruat aliquando a pu
tredine: per ſe aūt nō opat̄ frigiditas ad aliq̄ opavite:
ſed poti⁹ impedit eo ꝙ eſt qualitas moꝛtificatiua. Id
autē quod ſpecialiter habet in animalibus perfectioꝛi
bus ſunt villi ex trāſuerſo in inteſtinis ⁊ ſtomacho po
ſiti: qui compꝛimendo retinent cibum ne de loco mo
ueatur. Digeſtiua autē vt diximus in omnibus iuuat̄
calido ⁊ humido: eo ꝙ calidū alterat ⁊ terminat. Hu/
midū autem facile influit membꝛū: ⁊ recipit eoꝝ foꝛ/
mas ⁊ figuras. Habet tamen tres operatōnes: hoc eſt
alterationem cibi ex qualitatibus contraiacentibus vt
diximus in quarto methauroꝝ: ⁊ maturationem que
eſt per eductionem humidi ſuperflui: ⁊ hec quidem a
quibuſdā vocatur digeſtio: que fit per aſſimilationem
nutrimenti ad membꝛa: ꝓpter quod etiam quattuoꝛ
digeſtiones eſſe dicuntur. Quarū vna fit ſtatim in oꝛe
Superficies enim oꝛis continua eſt ſtomacho: ⁊ ope
ratur in cibū alterationem: ⁊ hoc patet quia triticum
maſticatū a maſticatione accipit virtutem maturatio/
nū apoſtematū: quā non habet contuſum. Et alia ē in
ſtomacho vbi groſſum a ſubtili ſeparatur: ⁊ h̄ a qui/
buſdam vocatur pꝛima tunica: cū illa quā dixim⁹ fieri
in oꝛe: ⁊ hec eſt vera ſententia: quoniā pꝛima digeſtio
in oꝛe incipit: ⁊ in ſtomacho perficitur. Secunda aūt
eſt in epate vbi maſſa que vocatur ptiſſanaria hoc eſt
ſuccus de cibo eliquatus trahitur per venas que meſ/
saraice dicuntur ad epar: ⁊ ibi rubeū ſanguinis accipit
coloꝛem: ⁊ dirigit ad venas: ⁊ in extremitatibus illa/
rū tertiā accipit digeſtionem: ⁊ in albedinē mutatur: ⁊
ſeparatur ab eo nimia aquoſitas que eſt in ipſo per co
latoꝛia vrine quibuſdā in animalibus que vrinam ha
bent. In alijs autē que non habent: remanet cum fece
ſtercoꝝ immixta. Et quarta digeſtio fit in ſingulis mē/
bꝛis ad ꝓpꝛiā ſimilitudinē membꝛoꝝ. In plantis āt
quia terreſtres ſunt non eſt ſtomachus: ſed eſt eis ter/
ra pꝛo ſtomacho: quia in terra ſub radicibus eliquat̄
humidū permixtū: ⁊ ſubtile quidem ſugunt radices:
⁊ groſſum dimittunt: ⁊ ideo ventre non indigent. Ex
pulſiua aūt expellit quod ſuperfluū eſt: ſiue ſit purum
ſiue impurū. Et iuuatur in hoc opere multis: ſed pꝛe/
cipue quatuoꝛ ſunt que eam iuuant. Iuuat enim calidi
tas vias per quas fit expulſio: aperiendo ⁊ acuendo
id quod expellendū eſt. Iuuat etiā humiditas aliquā
do vias per q̄s fit expulſio lubꝛicando ⁊ mobilitate3
ei quod expellendū eſt conferendo. Iuuat etiam frigi
ditas per accidens ventoſitatē que eſt in eijcienda ſu/
perfluitate: continendo ne euapoꝛet ⁊ etiā ingroſſan/
do que cū foꝛtis eſt cum magno impetu eijcit ſupfluū.
Iuuant etia3 frigiditas ⁊ ſiccitas per quas ei debet cō
trahendo: ⁊ tunc quaſi expꝛimendo expellitur ſuper/
fluū. Similiter autē caliditas incidit viſcoſitatē ⁊ ſe/
parat: ⁊ tunc facili⁹ educit̄. In omnib⁹ aūt his virtuti
bus eſt manifeſtū quoniā frigiditas nō iuuat niſi per
accidens: ⁊ hoc ideo fit: q2 virtutes iſte p̄cipue motu

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

perficiunt: ⁊ quedã ſunt opera vite: frigiditas ⁊ imo/
bilitat ⁊ mortificat. He ãt q̃tuor virtutes nãles vocãt
eo ꝙ vt natura per inſtrumenta corporalia operantur
Scias autẽ ꝙ in his omnibus ſemper virtutis inſtru/
mentũ ⁊ vehiculum eſt ſpiritus: ⁊ frigiditas ſpiritum
a motu ſuo impellit vel impedit: ⁊ ideo ad opera vir/
tutũ per ſe officit: ſed proficit ꝑ accidens.

Cap. ix. de comparatõne triũ virtutũ anime vege/
tabilis adinuicẽ ⁊ ad ſeipſam animam vegetabilem

Tex. ⁊ Uoniam autem tria ſunt neceſſaria: ſcilicet
cō. 49. q quod alitur: ⁊ quo alitur: ⁊ alens effectiue.
Alens quidem primum ⁊ cui eſſentialis eſt
actus alendi ẽ anima vegetabilis ꝑ nutritiuã. Quod
võ alitur eſt corpus quod habet animaꝫ ⁊ non aliud:
ſicut oſtendimus ſuperius: quo võ materialiter alitur
eſt alimentũ. Et in his eſt aduertere ꝙ virtus nutriti/
ua eſt deſeruiẽs augmẽtatiue ⁊ generatiue: qm̃ vtriqꝫ
per dictas quattuor virtutes preparat materiã. Nutri
tiua enĩ ſeparat quod eſt ſuperfluũ nutrimento: ⁊ ex/
pellit ipſuꝫ ad membra generatiõis: vt in virtute for/
matiua ſigilletur. Augmẽtatiua autẽꝫ deſeruit genera
tiue generãs in quantitate ⁊ figura pficiendo vt gene/
rare poſſit: ⁊ ideo conſtat fineꝫ in his virtutibus eſſe
generatiuã. A fine auteꝫ qui eſt quo res ẽ id quod eſt:
hoc eſt a forma: omne quod nomẽ accipit debet deno
minari: finis auteꝫ eſt generare alterꝝ vt ipſũ vtiqꝫ tũc
erit principale in anima vegetatiua generare alterꝝ vt
ipſuꝫ: ideo in vegetabilibus id quod ẽ ſubſtãtialis for
ma abſqꝫ dubio eſt generatiua. Et ideo corpus ſm
omnẽ partem informat vbi anima vegetabilis ẽ tota
perfectio corporis animati ſicut in plantis ⁊ in eis ẽ va/
ria generatio qꝛ vbiqꝫ plãta generat ramos ⁊ virgas
⁊ folia ⁊ fructus ⁊ ſemina ⁊ vbicũqꝫ abſcidat conua
leſcit vtraqꝫ pars ipſiꝰ. Sicut enĩ tactus in anima ſen/
ſibili eſt ſenſus pticularis ⁊ forma ſubſtãtialis eius qȯ
habet ſenſus ⁊ ideo ipſuꝫ brutũ vbiqꝫ determinat: ita
de generatiua eſt in plãtis: ꝓpter quod etiã non nullis
videbatur nutritiuã: ⁊ augmentatiuaꝫ eandeꝫ virtutẽ
eſſe: ſed primo cum fortis calor ⁊ mollia membra ha/
bere operationes duas: cũ auteꝫ calor debilior ẽ ⁊ du
riora ⁊ ſicciora mẽbra tũc retinere tantũ operatione
vnã licet non veram caꝫ dicant. Quoniam etiaꝫ ſi po
natur nõ hebetari calor: ⁊ non indurari corpus nihilo
minus ſtabit tamẽ augmentatiua in termino ſm natu/
rã vt ſupra diximus. Qualitercũqꝫ autẽ dicatur con/
ſtat ꝙ in his generatiua eſt finis: ⁊ ideo inter has tres
vires que ſuper nutrimentũ operãtur: prima natura/
liter eſt nutritiua ⁊ ſecunda augmentatiua ſicut ſubſtã
tia eſt ante quantitatẽ: ⁊ illa que finis eſt generatiua q̃
non ſeruat eſſe ſm materiã ⁊ indiuiduũ: ſed eſſe diui/
nũ in ſpecie attingit propter quod agitur quicquid agi
tur ſm naturã. Oportet autẽ ſcire ꝙ anima vegetabi/
lis eſt que vnit in ſe iſtas vires que quidem ſpecie dif
ferunt ſm ꝙ ⁊ vegetabilia differunt. Eſt enĩ vna pal/
mifica ⁊ altera oliuifica ⁊ ſic de alijs: ⁊ actus illiꝰ ani/
me eſt vita ſicut diximus ſuperius. Eſt autẽ adhuc ſci
endũ ꝙ ſi comparatio fiat anime vegetabilis ad ſenſi
bilem ⁊ rationalem: tunc vires anime vegetabilis di/
cuntur naturales: eo ꝙ nõ niſi per inſtrumenta primo/
rũ corporꝝ naturaliũ operantur ⁊ ad naturã in indiui
duo vel in ſpecie conſeruandã ſicut patet ex dictis: ta/
mẽ eſt perfectio organici corporis ſicut ⁊ alie: ⁊ ideo
licꝫ nutritiua ſit diffuſa in toto corpore ꝓpter hoc ꝙ
vbiqꝫ ſaluat indiuiduũ ⁊ ſimiliter augmentatiua: eo
ꝙ omnibus diametris ⁊ precipue longitudini princi/
paliter addit ⁊ generatiua in plantis tamen in anima/
libus perfectiſſimis he virtutes ſedes habent determi
natas a quibus influũt ſuas operationes in corpus ⁊
ſedes quidẽ nutritiue precipue eſt epar cũ calore ſuo
alterans ⁊ ad membra dirigens cibũ. Sedes autẽ ge
neratiue eſt in teſticulis maſculorꝝ ⁊ feminarũ. Sicut
autẽ diximus ꝙ nihil nutritur proprie niſi quod ẽ ani
matũ: ita etiam nihil generat proprie ad ſpeciei ſalutẽ
niſi quod eſt animatũ. Generare autem ad ſaluandum
ſe in ſpecie eſt generare ex eo quod diſcindit a ſeipſo
⁊ cui a ſeipſo influitur virtus conuertens id in ſimile
ſm ſpeciem: ⁊ ſic non generãt inanimata: ſed potius ꝑ
actiones ſuas generãt formas ſuas in materia aliena:
cuiꝰ cauſa eſt quia talia inanimata non habent aliquid
quod potentia ſit totum ſed quicquid corporis ipſorꝝ
eſt hoc eſt actu pars ⁊ nõ potentia totũ: ex eo aũt ꝙ ẽ
actu pars ⁊ non potentia totum fieri generatio nulla/
tenus poteſt ſicut diximus ſuperius.

Caplm. x. de duplici motore nutrimenti.

Eſt autẽ quo alitur dupliciter: ſicut ⁊ quo gu Tex. ⁊ cō. 50.
e bernatur eſt mouens imobile ⁊ hec eſt ma/
nus vel virtus que eſt in manu. themon autẽ
ſiue gubernaculũ eſt quo gubernat ſicut mouẽte ⁊ mo
to eo ꝙ eſt inſtrumentũ gubernandi: ⁊ h ideo eſt quia
omne alimẽtũ eſt neceſſariũ vt poſſit decoqui: ⁊ ideo
oportet eſſe calorem decoquentẽ ⁊ tunc calor effecti/
ue alit vt mouens motũ ⁊ potẽtia anime eſt vt mouẽs
tm̃. Si aũt quiſpiã obijciat ꝙ mouẽs corporeũ quod
eſt mouẽs motũ non oportet ante ſe habere aliud mo
uens imobile motu locali tm̃: ſicut oſtẽſum eſt in. viij.
phicorꝝ: in alteratione autẽ non eſt neceſſe ꝙ corpus
alterans habeat ante ſe aliud mouens ipſuꝫ: ⁊ ſic di/
cat hic non oportere eſſe mouenteꝫ animã ante calo/
rem: dicendũ ꝙ neceſſariũ eſt in motibus vite: ſed in
motibus alijs naturalibus non eſt neceſſariũ: neceſſi/
tas autẽ explanata eſt ſuperius vbi oſtendimus ꝙ vir
tus elementalis ſufficienter ad nutrimẽtũ mouere nõ
poteſt. Sic igitur figuraliter ſiue ſuperficialiter quid
ſit alimentũ dictũ eſt: certificandũ autem erit de ipſo
in proprijs rationibus de nutrimento: nutrimenti enĩ
ratio plene non determinatur ex vnius libri principijs
quoniã de motu ipſo nutrimenti ⁊ augmenti ⁊ gene/
rationis que ſunt de nutrimento iaꝫ determinauimus
in libris de generatione ⁊ corruptione ⁊ de modo de
coctionis in quarto methaurorꝝ: hoc iam aũt de mo/
toribꝰ vniuerſalibꝰ: de proprijs aũt motoribꝰ quo ad
ſingula aĩalia quo ad ſingula mẽbra in ſciẽtia de plã/
tis ⁊ de animalibus erit manifeſtum: de ipſo autem nu
trimento dicendũ erit in libello quem faciemus de nu
trimento deo volente.

Tractatus. iij. ſecundi libri de anima de ſenſibus.

Capitulũ primũ in quo genere potentie ſit potentia
ſenſitiua.

Eterminatis his aũt virtutibus anime ve Tex. ⁊ cō. 51.
d getabilis que ſunt actiones ſm quas ani/
ma operatur in genere dicamus verba cõ
munia de omni ſenſu: qꝛ ſm ſentire quod
eſt potentia paſſiua operatur anima ſenſitiua: eo ꝙ ſm
tales potentias nõ ſemper agit: cõmune enim eſt quo
ad nos prius ſicut dictũ eſt in primo phiſicorũ: primũ
autẽ ꝙ de ſenſu in cõmuni eſt cõſiderandũ hoc eſt cuꝫ
in genere

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

in genere ſit potentie vtrū ſit in genere potentie paſſi/
ue: aut in genere potentie actiue: ⁊ dicendū ꝙ eſt in ge
nere potentie paſſiue: eo ꝙ ſenſus ſm actuꝫ accidit in
ipſo moueri organū ⁊ pati a ſenſibili obiecto qđ for/
mā ſuā agit in organo ſenſus: omne enim recipiens eſt
patiens ⁊ cū ſenſus nō ſentiat niſi recipiens formā ſen
ſibilis: oportet ꝙ potentiua ſenſitiua ſit in genere po/
tentie paſſiue: alteratio enim quedā videt̃ eſſe quādo
ſenſus recipit formā eius quod ſentitur ſm actū: licet
proprie loquēdo nō ſit alteratio ſicut inferius oſtende
mus: ponūt aūt quidam philoſophoꝝ antiquoꝝ non
fieri paſſionē niſi ſimilis a ſimili ⁊ aliȷ̄ dicunt non fieri
paſſionē niſi quando cōtrariū patitur a contrario: quo
modo autē ambo iſta dicta ſunt poſſibilia ⁊ impoſſibi
lia dictum eſt in primo de generatione ⁊ corruptione
vbi propoſuimus rationes naturales de ipſo agere ⁊
pati: in predicamentis vō logicas quaſdā ⁊ cōmunes
poſuimus rationes: ⁊ ideo ibi nō inquiſiuimus quali/
ter ſimile ſimili: vel contrarium a contrario patiatur.

Tex. ⁊ cō. 52. Quod aūt ſenſus ſit virtus paſſiua ſciemus ſi que
ſtionē moueamus querentē quare ſenſuū non ſunt ſen
ſus: ita ꝙ ſenſus ſentiret ſeipſuꝫ: ⁊ quare ſenſus nō ſen
tit ſeipſo ſine ſenſibili extra mouente ſenſuꝫ cū vnitus
ſit ſibi ignis ⁊ terra ⁊ alia elemēta que ſentiunt̃: attri/
buitur enim cuilibet ſenſui aliquod elementū ſm pla/
tonem quod dominatur in ſua cōpoſitōe ſicut in viſu
ignis vt dicit plato: quia eniꝫ dicit ꝙ ſenſus eſt vis ac/
tiua ⁊ fit ſenſus extramittendo non poteſt diſſoluere
queſtionē: vis enim actiua ex ſe perfecta eſt ad agen/
dum ⁊ nō indiget aliquo extrinſeco: ⁊ ſic deberet ſen/
ſus ſentire ſine indigentia alicuius extra: ⁊ ſi forte di/
cant auctores illius ſecte que dicit ꝙ ſentimus extra/
mittentes actiōes ſenſuū ⁊ nō intus ſuſcipientes ſpēs
ſenſibiliū ꝙ non ſit actio agētis niſi ſenſibili ⁊ paſſiuo
preſente: ſicut ignis non calefacit niſi ſit preſens aliqđ
calefactibile non ſoluūt: quia ſenſus eſt ſibi preſens ⁊
elementa cōpoſita organa ſenſus non deſunt ſenſibus
⁊ tunc deberet ad minus ſentire ſeipſum ⁊ ignē ⁊ ter/
ram ⁊ cetera que ſunt preſentia ſenſui: ⁊ tamen nō ſen
tiuntur iſta: ⁊ ideo non cōuenit: aut contingit vnꝗ̄ ſol/
uere hanc queſtionē ei qui dicit ꝙ ſenſus eſt vis acti/
ua: nulla autēꝫ eſt ſolutio iſtius queſtionis vera niſi ea
ſola ꝙ ſenſus cuꝫ ſit potentia paſſiua non eſt actu ſine
preſentia ſenſibilis extra: ideoqꝫ ſicut cōbuſtibile nun
ꝗ̄ actu comburitur niſi per ſpeciē combuſtiui genera/
tam in ipſo: ⁊ ideo ipſuꝫ combuſtibile ſm ſe ſine com
buſtiuo acceptū nō comburetur: ſi enim ſine illo com/
bureret̃ in actu oporteret ꝙ cōbureret ſeipſum: ⁊ hoc
eſſet ac ſi ligna compoſita facerent per ſe ignem ſine
aliquo igne incēdente ea in actu ⁊ hoc eſt impoſſibile
⁊ ſiīr ſenſus non pōt pfici: ſm ſentire in actu ſine pſen
tia ſenſibilis qđ agit in ipſo formā ſuā vt illam ſentiat
Tex. ⁊ cō. 53. in actu. Sicut aūt oē potens potentia paſſiua dicit̃
duplr̄: ita ⁊ ſentire dicitur dupliciter. ſi eni ſm potētiā
ante actū attribuatur ei agere hoc erit potentia ⁊ non
actu: ⁊ hoc modo dicimus ſentire eum qui forte dor/
mit qui licꝫ ſenſuꝫ habeat in habitu: habet tamen liga
tū eo ꝙ ſomnus eſt vinculū ſenſuū ⁊ ideo remotioreꝫ
ab actu habet potētiam videndi dormiens ꝗ̄ ille qui
eſt in obſcuro: ⁊ ideo ſicut dupliciter dicitur vidēs ⁊
audiēs: ita dupliciter dicitur vniuerſaliter ſentiēs hoc
eſt viſuꝫ habens ⁊ nō vtens vel auditū habens ⁊ nō
vtens: aut iā operās viſu ⁊ auditu quando habet ſpe
ciem viſibilis ⁊ audibilis: ⁊ ſic vniuerſaliter dicit̃ ſen/
tiēs ſenſuꝫ habens, in habitu cōpleto: nō tamē habēs
ſpēm ſenſibilis ſm actū: ⁊ dicit̃ ſentiēs habens ſpēm
ſenſibilis ⁊ hoc eſt vtens ſenſu ⁊ operans ſm ipſuꝫ.

Dicamus igitur in diſcernendo ſenſuꝫ an ſit de ge/ Tex. ⁊ cō. 54.
nere virtutum actiuarum vel paſſiuarū ⁊ ſi ſit idē nu
mero moueri ⁊ pati ⁊ agere ⁊ mouere: conſtat enī ꝙ
h̄ magnaꝫ habent differentiā: conſtat enī ꝙ motus eſt
in eo quod mouetur ⁊ patit̃: ſicut diximus in. iiȷ̄. phi/
coꝝ: ⁊ eſt in eo actus quidem ſed imperfectus: eo ꝙ
eſt imperfecti actus in potentia ſm ꝙ eſt in potentia:
omnia autēꝫ quecūqꝫ patiuntur ⁊ mouētur: ab actiuo
patiuntur ⁊ mouentur cuꝫ ipſuꝫ actiuū actu ſit: ⁊ ideo
mouere ⁊ agere ſuū eſt perfectio ſeu perfecti actio: ⁊
hec eſt magna differentia: vnde etiā ipſuꝫ paſſiuū ali/
quando eſt ſimile: ⁊ aliquando diſſimile agenti: quo/
niā in principio paſſionis eſt cōtrariū: ſed cū abȷ̄icitur
forma eius ⁊ inducitur forma agētis in fine paſſionis
tunc fit ſimile: ⁊ h̄ eſt quando iam paſſum ⁊ motū eſt
ſicut diximus alibi: ⁊ hec differētia oſtendit vtrū ſen
ſus ſit potentia paſſiua vel actiua: quia nos inuenimus
ipſuꝫ pati ⁊ moueri: ⁊ aliquādo ſimilem: ⁊ aliquādo
diſſimilē actiuo: q̄ nō accidūt niſi virtuti paſſiue: hec
autem doctrina tenēda eſt pro principio magno ad de
ſtruendam totam ſentētiā eoꝝ qui dicunt ſenſitiuas ⁊
intellectiuas virtutes eſſe actiuas ⁊ non paſſiuas: ha/
bent aūt quaſdam rationes quas pro ſe inducunt que
in cōmuni de ſenſu quatuor ſunt potiores: quaruꝫ pri/
ma eſt quia dicunt ꝙ quando duo ſic ſe habent ad in/
uicem ꝙ vnū eſt inferius ⁊ alterū eſt ſuperius in ordi
ne nature: ſi inferius ſm omnes ſuas potētias eſt acti/
uū: oportet etiam ꝙ ſuperius ſit actiuū: quia ſuperio/
ris eſt agere potius ꝗ̄ inferioris: cum igitur in ordine
nature anima ſenſibilis ſuperior ſit ꝗ̄ anima vegeta bi
lis: ⁊ vegetabilis non habeat niſi potentias actiuas:
non poteſt habere ſenſibilis niſi potentias actiuas: ⁊
hec ratio logica eſt ⁊ parū poteſt. Secundo autēꝫ cui
maxime nitunt̃ eſt ꝙ inferioris quod eſt materiale eſt
non agere in ſuperius quod eſt formale magis: eſt aūt
ſenſibiliū forma materialis: ⁊ inferior anima ſenſibili.
Senſibilis autē eſt in corpore ⁊ formalior ꝗ̄ ſint for/
me corpoꝝ: non ergo vt dicunt forme corporuꝫ poſ/
ſunt agere in potentias anime ſenſibilis: ⁊ ſic oportet
ꝙ potentie anime ſenſibilis ſint actiue ⁊ non paſſiue.
Tertiū aūt eſt quia vident ſenſum iudicare de ſenſibi
li ⁊ non decipi in ipſo: iudicare aūt certa actio quedā
eſt perfectiſſima: ⁊ cū illa ſit ſenſus dicunt ſenſum po
tentiā eſſe actiuam. Adhuc aūt inducunt quarto loco
experimenta: quia vident oculos menſtruatarū infice
re aerem ⁊ ſpecula ⁊ aliquādo oculos etiam intuētiū
eas: ⁊ oculos baſiliſci ſpargere venenū eo ꝙ vt dicūt
viſu interficit ſerpens qui baſiliſcus vocatur. hoc aūt
vt dicunt non fit niſi agendo in aerem ⁊ in obiectū: ⁊
ita dicunt ſenſum eſſe potentiā actiuaꝫ: ſed hec omnia
⁊ ſimilia friuola ſunt: quoniā demonſtratiue probatū
eſt in prehabitis ſenſum eſſe potentiam paſſiuā ⁊ non
actiuā. His autēꝫ que iſti inducunt facile eſt reſponde
re: quod enim prius inducunt de comparatione ſenſi/
bilis ad vegetabilem dici debet in veritate digniorēꝫ
formā eſſe ſenſibilem ꝗ̄ vegetabilem: ſed non ordinā
tur penes agere ⁊ pati: quia pati ſenſibilis non eſt ita
ꝙ patiatur a vegetabili anima: ſed potius econuerſo:
vnde cū alteri⁹ rōnis ſit iſtud pati ⁊ illud agere penes
hoc nō ordinant̃ ſm nāe grad⁹ vegetabilis ⁊ ſenſibi/
lis: ſed poti⁹ penes hoc ꝙ vbicūqꝫ ē vegetatiuū in ſen

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

ſitiuo ꝙ vegetatiuū eſt ſicut inſtrumentū ⁊ ſenſitiuū ſi
cut principalis motor ⁊ formator: ⁊ h pȝ qꝛ nutritiua
in aīalibꝰ cōuertit cibū in carnē q̄ mediū eſt in tactu q̄
eſt aīe ſenſibilis ⁊ generatiua format organa ad ſenſꝰ
apta potiꝰ ꝙ vegetabili deputata. Qđ āt dicūt inferiꝰ
⁊ mālē nō debere agere in ſuperiꝰ ⁊ formale friuolū ē
qꝛ ſenſibilia nō agūt in aīaȝ: ſed potiꝰ in organa corpo
rū: ⁊ in illa pñt agere: organa āt ſunt aīata ⁊ ita ꝓuenit
motꝰ ſenſibiliū vſqȝ ad aīaȝ. Qđ āt dicūt ꝺ iudicio ſen
ſuū dicendū ꝙ nulla eſt adeo paſſiua quin ꝑ formā ſui
actiui exiſtentē in ipſa poſſit agere: ⁊ ſic eſt de ſenſu q̄
efficit in actu ꝑ formā ſenſibilis in ipſo exiſtentē: ⁊ iō
tunc agere pōt ſicut ſciēs pōt cōſiderare. Qđ āt indu
cunt vltimo eſt oīno ſtultū: qꝛ talis actio non eſt oculi
inꝙ̄tū eſt ſenſus in ipſo: ſed potiꝰ ꝓut eſt pars corpo
ris euaporātis: vapor eñi reſolutꝰ ab oculo eſt ille qui
inficit ⁊ nō viſus q̄ eſt in oculo: ſed tñ vapor ille eo ꝙ
ſubtilis eſt ⁊ acutꝰ magis penetrat in corpa clara ſicut
in ſpecula ⁊ oculos qui ſunt quaſi ſpecula animata ꝙ̄
penetrat in alia corpora: ⁊ h eſt cā etiā q̄re oculi citius
ꝙ̄ alia mēbra ledūt in taliū aſpectu.

Cap. ſecūdū de diſtinctionibꝰ potētie paſſiue in ap
prehendendo.

b Is igit ⁊ ſic habitis ꝙ ſentire eſt ꝺm poten
tiā paſſiuā diuidenduȝ eſt de potentia ⁊ actu
qñ vtrūqȝ dicit dupl'r: nūc eñi ſimpl'r ⁊ vni
Tex. ⁊ cō.55. uerſaliter volumꝰ aliqđ dicere de ipſis qꝛ certificatiue
de eis dicere eſt primi phi: dicimꝰ igit ꝙ potentia dicit
duobꝰ modis hoc eſt diſpoſita ⁊ indiſpoſita pfectōne
prima: dicimꝰ eñi aliqñ hoīeȝ ſcientē in potentia: qꝛ cū
eſt indiſpoſitꝰ ⁊ nihil hȝ niſi nāam ad ſciam ordinatā: ſi
cut ideo qꝛ hō eſt aīal diſciplinabile: dicimꝰ hoīem po
tentia ſcientē: ⁊ h potentia q̄ eſt añ pfectōnē primā ſi
ue añ habitū hȝ gradꝰ duos: pōt eñi eſſe remota ⁊ ꝓ
pinqua: remota q̄dē ſicut dicimꝰ puerꝝ potentia ſciētē
ꝓpinqua ſicut dicimꝰ potentia ſcientē eū q̄ iā nouit in
ſtrumenta ⁊ principia quibꝰ accipit ſciētia q̄ diſcens a
doctore nō accipit ſicut ꝙ de quolibet ꝯtingit affirma
ri vel negari ⁊ de nullo ſil': ⁊ ꝙ oē totū maiꝰ ſua pte ē
⁊ ꝙ vni ⁊ eidē eq̄lia inter ſe ſunt equalia ⁊ hmōi: qbꝰ
ſcitis nō ꝓpter hoc ſcit ars: ſed eis ignoratis non pōt
ars ſciri: ⁊ in practicis q̄dē eſt idē: ſicut dicimꝰ infantē
potentia eſſe ſcriptorē: ⁊ dicimꝰ potentia eſſe ſcripto
rē eū q̄ nouit pennā ⁊ calamariū ⁊ tēperaturā incau
ſtri ⁊ hmōi alia ſcripture inſtrumēta: alio mō dicimus
potētia ſcientē eū q̄ iā hȝ habitū ſcie: q̄ habitꝰ ſcie vel
potentie ſil'is eſt ⁊ ſomno in eo ꝙ nō agit ſicut dicimꝰ
ſcientē ⁊ nō cōſiderantē eſſe potētia ſciētē: ⁊ h eſt qui
potētiā hȝ cōpletā ꝑ actū primū q̄ ſomno ſil'is eſt: ſed
nō eſt idē modꝰ quo vtrīqȝ iſtoꝝ eſt poſſibilis ſiue in
potētia exñs: ille eñi invtroqȝ gradu potētie dicit po
tētia ſciens grāmaticā vel aliā ſciaȝ ꝺm potētiā mālē ȝ
adhuc ipfectā: q̄ tñ ꝺm genꝰ eſt primū ſubm ſcie vel
alteriꝰ habitꝰ ad quē ordinata eſt potētia: ille āt q̄ ha
bet potētiā potētie pfectōnē ad modū ſomni: dicitur
ſic potēs qꝛ pōt agere ꝺm habitū qñ voluerit: habitus
eñi eſt quo qs agit aliqđ qñ voluerit ſi nihil eū exteriꝰ
⁊ ꝑ accñs ꝓhibeat. Sil'r āt ⁊ actꝰ dupl'r dicit ꝺm actū
primū ⁊ ꝺm actū ſecūdū vt diximꝰ ſuperius: ⁊ iō hñs
habitū dicit actu ſciens. Iā aūt cōſiderās cū actu
ſit q̄ eſt ꝑ modū vigilie ꝓprie ꝺm actū ſciens vocatur
Tex. ⁊ cō.56 Di aūt vtiqȝ q̄ primo mō ſciētes ſunt ambo ꝺm poten
tiā ſciētes vocant: ſed differēter qñ nō hñs habitū hȝ
potētiā ſciendi mālē ⁊ ipfectā nō dicit ſciens niſi qñ
per doctrinā eſt alteratꝰ ⁊ mlt'otiēs eſt mutatꝰ ex ꝯrio
in habitū ſcie: oȝ eñi multotiēs diſcētē mutari nō ex
ignorātia in diſpoſitionē: modo ex diſpoſitōe in diſpo
ſitionē añꝙ̄ ſit in habitu cōpleto: diximꝰ eñi ꝙ poten
tia mālis hȝ gradꝰ: q̄ licȝ in genere ſunt duo tñ in nūe
ro multi ſunt. Qđ āt dicimꝰ ꝙ talis ex cōtrario venit
in habitū: iō dicimꝰ ꝙ licȝ diſpoſitio ꝺm id qđ eſt non
ſit ꝯria habitui: tñ ꝑ modū eſt ꝯria: qꝛ facile eſt mobi
lis cū habitꝰ ſit q̄litas ſtans ⁊ cōpleta ⁊ imobilis: igno
rātia etiā largo mō eſt ꝯria habitui: aliꝰ āt q̄ iā hȝ ha
bitū ⁊ ſic nō dicit potētia ſciens: ſȝ potiꝰ eo ꝙ ſimilis
dormiēti ⁊ nō agenti: h eñi hȝ habitū faciēdi vel ſciē
di grāmaticā vel aliud: ſed nō operat in agēdo ꝺm il
lū modū actionis q̄ dicit ex habitu. Et iō etiā talis
mutatio ex habitu in opationē nō eſt aliqđ pati vł re Tex. ⁊ cō.57.
cipere: ſed mutatio illa q̄ eſt ex ꝯrio eſt ꝺm paſſionē ⁊
corruptionē ꝯrij habitꝰ ſiue diſpoſitionis ꝺm ꝙ i vna
quaqȝ alteratōe multe ſunt corruptōes ꝯrij illiꝰ quod
abijcit: qꝛ ſicut diximꝰ in. vij. phicoꝝ: motꝰ alterationis
eſt generatio forme poſt formā ꝙ̄tū ad formam ꝯrij q̄
abijcit ꝑ motū. Sȝ hñs iā habitū nō corrūpit ꝺm ali
quid ꝙ in ipſo ſit qñ venit ad opationē: ſed potiꝰ venit
ad id qđ eſt ſaluās habitū: qꝛ habitꝰ ꝑ opatōes ſaluāt
opatio eñi eſt ſil'is tali potētie habituali eo mō q̄ ſe hȝ
talis hītualis potētia ad actū: hñs eñi ſciaȝ ⁊ ꝺm ſciaȝ
illā ſic ſpeculās ⁊ operās: aut in veritate nō ē alterari
aut ſi alteratio dicit dicet alteꝝ genꝰ eſſe alterationis
in eo ꝙ nihil ī eo abijcit vel generat: ſȝ potiꝰ hītꝰ q̄ iaȝ
ineſt cōfirmat ⁊ ſaluat: eo ꝙ ſpeculatio nihil aliud eſt
niſi habitꝰ q̄ inducit in ſeipſuȝ: h eſt in ea quoꝝ ſpēs iā
inſunt: ⁊ ex his venit in actū q̄ eſt opatio: ſicut eſt vi
dere in exēplo architecti: q̄ hȝ habitū edificādi ⁊ con
ducit habitū in ſeipſuȝ: h eſt cōuertēdo ſe ad ea q̄ ſunt
in habitu: vt fundamētū ⁊ lapides ⁊ ligna: ⁊ ordinat
ea ⁊ ipetū facit ad opꝰ: tūc nihil noui acq̄rit: ſed idem
habitꝰ cōfirmat: cum igit alteratio ſit alicuiꝰ noue for
me inductio iſte non eſt alteratꝰ vel aliud genꝰ ſit alte
rationis q̄ alterari dicit quocūqȝ mō nūc al'r ſe hñs ꝙ̄
priꝰ. Unde nō bñ ſe hȝ dicere ſapientē cū ꝺm ope Tex. ⁊ cō.58.
rationē ſapiat alterari: ſicut nec edificatorē bñ dicimꝰ
alterari: qñ ꝺm actū edificat in actū eñi ſe ducēs q̄ ope
rationē facit ex habitu elicitā nō eſt iuſtū ꝙ h dicatur
doctrina ſiue doctrinatio h ē doctrine acceptio: ſȝ oȝ
ꝙ habeat aliā denoīationē: ſed potiꝰ qñ ſit mutatio ex
eo qđ eſt potētia māli ſciēs ⁊ eſt ſciam accipiēs a didaſ
calo ſiue doctore q̄ actu hȝ eā h eſt pati ⁊ alterari: oȝ
igit ꝙ iſti duo aut nō dicunt alterari ambo ſimpl'r: aut
ſi ambo alterari dicunt: tūc oȝ ꝙ nō ſit vnꝰ modꝰ alte
rationis invtroqȝ: ſed vnꝰ alterat in priuatiuas diſpoſi
tiōes ⁊ in habitū ex ignorātia ſicut diximꝰ ⁊ alteratur
qꝛ nō vno mō ſe hȝ cōſiderās ⁊ nō cōſiderās ꝺm ha
bitū quē hȝ abſqȝ eo ꝙ aliqđ noui generet in ipſo: vł
aliqđ eoꝝ q̄ inſunt abijciat. Scias tñ ꝙ oīa iſta q̄ di
cta ſunt de alteratōe h dicta ſunt large accipiēdo alte
rationē: qm in. vij. phicoꝝ ꝓbauimꝰ ꝺm habitū ⁊ diſ
poſitionē nō eſſe alterationē aliquā: nec aīam ꝺm intel
lectū moueri poſſe: ſed ea q̄ h dicta ſunt exēpli grā di
cta ſunt: ⁊ adhuc ſufficit quidā modꝰ alterationis: licȝ
nō vere ſit alteratio: nō eñi fit alteratio phīca: niſi ꝺm
illā ſpēm q̄litatis q̄ dicit paſſio vel paſſibilis q̄litas: ⁊
ideo quecūqȝ in. vij. phicoꝝ ſubtiliter diſputata ſunt
his que dicta ſunt non cōtrariantur.

Cap'm. iij. de aptatōe dicte diſtinctionis potentie
ad potentiam ſenſitiuam.

Uolentes

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

Tex. ⁊ cõ. 59. Volentes aũt adaptare ea q̃ dicta sunt ad potẽtiã sensitiuã dicendũ ꝙ mutatio potẽtie sensitiue ad primã ꝑfectionẽ ipsius est a generãte potẽtiarũ enĩ apprehẽsiuarũ q̃dã cõplent primã ꝑfectione a nã vel nã: ⁊ q̃dã p experimentũ ⁊ studiũ: a nã q̃dẽ sicut potẽtia sensitiua ad sentire: p experimentũ aũt ⁊ temp⁹ sicut intellectiua: ab ipsa enĩ gñatione gñãte ⁊ dãte formã sensitiuã dat̃ etiã act⁹ prim⁹ sensus q̃ sensus sentire põt: qñ voluerit qñ nihil est extra ꝓhibẽs: dico aũt extra ꝓhibẽs nihil qꝫ mediũ aliq̃ dispõ ipedire põt sensuꝫ ⁊ absentia sensibilis: sicut ⁊ scie habens habitũ: cõsiderare poterit qñ voluerit qñ nihil est extra ꝓhibens: cũ igit̃ generatũ est cõplete sentiens: tũc iã habet habitũ ꝑficientẽ sensuꝫ prima ꝑfectiõe: q̃ est sicut scia q̃ est prim⁹ act⁹ in intellectu: sentire aũt hꝫ actũ q̃ est secũda ꝑfectio qd est qñ recipit̃ spẽs sensibilis in sensu est sicut cõsiderare se hꝫ ad sciaꝫ: sed in h est differẽtia: qꝫ actiua ⁊ motiua ad opationẽ sensus sunt extra: sic visibile ⁊ audibile: eo ꝙ spẽs sensibiliũ nõ mouẽt sine pñtia mãe: ⁊ qꝫ mãe pñtiã necesse ẽ esse extra iõ sensibilia mouẽtia sensuꝫ ad sentire hꝫ actũ necesse

Tex. ⁊ cõ. 60. est eẽ extra in oib⁹ sensibilib⁹. Hui⁹ aũt cã est: qꝫ sicut iam tetigim⁹ singulariũ ħm actũ est sensus: h ẽ sensus ħm actũ ħm quẽ est sentire est singulariũ: q̃ singularia sunt p mãm indiuiduata: sine cui⁹ pñtia forma sensibilis nullo mõ apprehẽdit̃. Scia aũt est eoꝝ que actu vlia sunt ⁊ hec sunt abstracta nõ solũ a mãe pñtia: sed ab omnib⁹ q̃ accidũt forme ħm ꝙ est in mã indiuiduata sicut est figura ⁊ vbi ⁊ qñ ⁊ cetera hmõi: hec autẽ vlia sic separata quodãmodo sunt in ipsa aia: qꝫ imagines sunt in aia: ⁊ ab ipsis abstrahit̃ vle qd mouet intellectũ possibilẽ: ⁊ iõ nõ simplr̃ sed quodãmõ sunt in aia: in fantasmate aũt vlia nõ sunt ħm actũ vlia sed potentia q̃ p abstractionẽ intellect⁹ fiũt vlia simplicia: ⁊ qꝫ vle in fantasmate est int⁹ in aia ⁊ nõ extra: nec exigit mãe pñtiã: ideo est in potestate aie intelligere cum velit. Sentire aũt nõ est in potestate ei⁹ cũ velit: qꝫ mouens sensuꝫ exigit mãe pñtiã que nõ est pñs in aia: ad sentire enĩ necessariũ est sensibile mouens sensum ħm

[Tex.] ⁊ [cõ. 5]8. mãe pñtiã: sicut aũt dixim⁹ de sensu qd exigit mãe presentiã: ita se hꝫ de scia sensibiliũ ħm ꝙ sensibilia sũt: cã enĩ ipsa sciendi ⁊ sentiendi est spẽs mouẽs sensum ħm materie presentiã: sicut causa intelligendi est vniuersale in fantasmatib⁹ mouens intellectũ: causa aũt ꝙ oportet esse sensibile extra est quia sensibilia sunt singularium q̃ sunt in mã: ⁊ hec sunt exteriora. Sꝫ qꝫ de his

Tex. ⁊ cõ. 61. q̃ ad intellectũ ꝑtinent h certificare nõ possum⁹ tẽpus fiet in quo accipiem⁹ principiũ loquendi de ipsis in sequẽtib⁹ hui⁹ libri. Nunc aũt tm̃ sit determinatũ ꝙ nõ simplr̃ siue vno modo dicit̃ id qd in potentia dicit̃ aliq̃d sed aliud q̃dẽ dicit̃ potẽtia mãli ⁊ iperfectũ: sicut dicim⁹ pueꝝ posse militare: aliud aũt sicut dicim⁹ posse militare eũ q̃ hꝫ etatẽ ⁊ hꝫ habitũ militie: non militat aũt in opere: ⁊ sic simil'r dicit̃ duplr̃ sensitiuũ sicut diximus: sicut si dicam⁹ iꝑfectũ ħm organa sensus posse

taliũ etiã prior eſt intellectꝰ agẽs ⁊ habitꝰ primoꝝ pri
cipioꝝ ꝗ̃ ſcimꝰ per nãʒ nũꝙ̃ tñ terminos cognoſcimus
hec eñi principia ſũt ꝗ̃ſi inſtrumẽta qbꝰ intellectꝰ agẽs
educit poſſibilẽ de potẽtia ad actũ. Et h̃ inſtrumenta
determinata ex determinatõe ſenſibiliũ oriũt exprimẽ
tis ⁊ memorijs mouentibꝰ poſſibilẽ intellectũ: ⁊ ſic ac
ꝗrit hãc ſciam ⁊ illã: in tali ãt motu intellectꝰ ꝗ eſt ſim
plex receptio intelligibiliũ: ſine motu ⁊ trãſmutatõne
ꝯſideratõe dignũ ẽ ꝗliter differt ab alijs motibꝰ phicis

Tex.⁊ cõ.28. In ſenſu eñi expreſſe videt ꝙ ſenſibile eſt agẽs in
ſenſitiuũ ex potẽtia exiſtẽte in h̃ ꝙ ſit actu ens: ⁊ vide
mus ꝙ id quod eſt ſic agens in actu ipſuʒ ſenſibile ni/
hil patit oĩno etiã qñ recipit a ſenſu nõ abijcit aliqđ a
ſenſu nec progredit de forma in formã fluendo queãd
modũ forma generata ĩ mã. In motu ãt phico ⁊ agẽs
patit aliqđ a patiẽte: ⁊ qñ patiẽs recipit eã qđ agẽs cõ
tinue fluit de forma in formã quouſqȝ venit ad pfecti/
onẽ pfectio motꝰ: ⁊ iđ diximꝰ in phicis ꝙ motꝰ phicꝰ ẽ
iperfectꝰ actꝰ exiſtẽtis in potẽtia ẜm ꝙ ẽ in potẽtia: vñ
qñ ſenſibile mouet ſenſuʒ oʒ ꝙ alia ſit hec ſpẽs motꝰ a
motu phico: cũ duo ſint in diffinitõe motꝰ phici cũ di/
cit actꝰ impfectꝰ: alteꝝ eoꝝ accidit motui ⁊ non eſt de
eẽntia ſua ꝙ videlicʒ eſt iperfecti: ex ſui ãt nã cõuenit
ei eſſe actũ: ⁊ ideo qñ nõ eſt iperfecti tũc eſt actꝰ perfe
ctꝰ. Sic ãt eſt qñ eſt actꝰ ſenſitiui a receptõe ſenſibilis.
Ille eñi eſt actꝰ ſimplex ⁊ iđ nõ fluens de forma in for
mã: ⁊ iđ eſt actꝰ pfectꝰ: ⁊ nullo mõ vlterius ad aliqđ in
potẽtia exiſtẽs: multo magis aũt hoc in intellectu: qm̃
ſupra oñdimꝰ: qm̃ impaſſibilitas intellectꝰ in receptõe
intelligibiliũ maior eſt ꝙ̃ impaſſibilitas ſenſus in rece
ptione ſenſibiliũ. Et ideo ſentire ⁊ intelligere ſimile ẽ
actui ꝗ eſt dicere ſolũ ſiue aliqđ enũctiare verbis qꝛ in
actiõe ꝗ eſt dicere ſtatim eſt actio cõpleta abſqȝ eo ꝙ
pcedat ipſuʒ actio diminuta: ſicut fit in motu phiſico
in ꝗ diminutꝰ actꝰ continue precedit cõpletuʒ quouſqȝ
compleat totus motꝰ: dicens aũt exprimit dictũ ſim/
plici actione: ⁊ ſic eſt ſentire ⁊ intelligere plus ꝙ̃ ſenti
re: ⁊ hoc precipue eſt verũ de motu ſimplicis. Simpli
cẽ aũt ſenſum ⁊ intellectũ voco ſenſum ſenſibilis p ſe:
⁊ intellectũ per ſe: ⁊ nõ ẜm accidẽs intelligibile.

Cap.iij. ꝙ eſt idẽ intellectꝰ cõponẽs ⁊ diuidẽs intel
ligibilia: ſicut eſt idẽ ſenſus cõis.

C Um ãt determinatũ eſt aliqđ eſſe cõferẽs ſi/
ue letũ aut aliquid eſſe incõueniens ſiue tri/
ſte tunc eſt ſenſus per accidẽs aut intellectus
per accidens: quia tũc aliqđ firmat aut negat cõponẽ/
do vnũ cũ altero vel diuidendo vnũ ab altero: ⁊ tunc
aut mutatur per appetitum ⁊ motum ſi determinant
aliquid letũ: aut fugit propter appetitũ ⁊ motũ: ſi de/
terminant aliquid triſte: ꝯferentia aũt facientia leticiã
ex.⁊ 27. ⁊ inconueniẽtia facientia triſticiã ſunt cõmunia: ⁊ ſũt
Tex.⁊ cõ.29. circa ſenſibilia tm̃. Et ideo oʒ ꝙ due paſſiones aĩe
ẜm quas eſt letari ⁊ triſtari ſit quoddã agere appetitꝰ
⁊ motus quidã appetitꝰ aĩe qui motus fit ſenſibili me
diante qđ ſit aut bonũ aut malũ: aut aliqđ hmõi cõue
niens vel incõueniẽs ad leticiã vel ad triſticiã: que eſt
ẜm ſenſibilem animã: ⁊ ideo Plato dixit ꝙ oĩs dele/
ctatio ⁊ triſticia ſunt generationes facte in ſenſibilem
animã: ⁊ verũ eſt quod dicit de delectatione habente
contrariũ. Si aũt eſt aliqua delectatio in cõtẽplatio/
ne eius quod diameter eſt aſſimeter coſte: illa non ha/
bet contrariũ: ⁊ non eſt anime ſenſibilis. Et de illis in
ethicis erit querendũ. Sed hoc qđ hic eſt ſciendũ eſt
ꝙ leticia ⁊ triſticia in ſenſibilibus ſequitur fuga ⁊ ap/
petitus: ⁊ per appetitũ motũ: fuga aũt ⁊ appetitꝰ ideo
ſunt in prima radice ſua ẜm actũ: qm̃ vna pars que eſt
appetitiua ſiue motiua pars agitat: vna enim pars aĩe
eſt que preſens delectabile appetit ⁊ triſtabile preſens
fugit: preſens autem eſt appetitus vniuerſalis fuga ẜm
actũ: quia contraria ſunt eiuſdẽ potentie: ⁊ ideo idem
eſt fugere ⁊ perſeqꝫ: ⁊ nõ alterũ appetitiuũ ⁊ fugitiuũ:
neqȝ ab inuicẽ oĩa iſta ſunt altera nec a ſenſitiuo. Qđ
autẽ idem eſt eſſe appetitiuũ ⁊ fugitiuũ: dico in cõmu
ni: quia vtrũqȝ appetitiue anime ⁊ vtrũqȝ eſt pars ani
me ſenſibilis. Sed eſſe iſtarũ virtũ aliquãdo differẽs
eſt: ſicut differunt partes appetitꝰ que ſunt iraſcibilis ⁊
cõcupiſcibilis de quibꝰ nos inferius proſequemur: cuʒ
de motiuis partibus anime tractabimꝰ. Sed hoc Tex.⁊ cõ.30.
quidẽ notandũ eſt ꝙ anime intellectiue ſunt fantaſma
ta mouentia intellectũ: ſicut ſenſibilia mouent ſenſum.
Cũ aũt ſe extendit cogitans intellectꝰ: ⁊ determinat
affirmãdo vel negãdo bonũ vel malũ: tunc ſequit fu/
ga vel perſecutio: intellectꝰ aũt appetibile determinãs
ſe habet in rõne vtentibꝰ ſicut extimatiua in nonvten/
tibꝰ rõne. Ex hoc apparet ꝙ in talibꝰ nequaꝙ̃ anima
intelligit rõnalis ſine fantaſmate ex quo vniuerſale eli
citur: ⁊ eſt vnus intellectus cõparans ⁊ diiudicãs oẽ
quod mouet cũ fantaſmatibus. Sicut eñi diximꝰ
ſuperiꝰ: ꝙ aer imutatus a medio huiꝰ fecit pupillã agẽ Tex.⁊ cõ.31.
do in eã ſpẽm ſenſibilem quã recipit a re ipſa: ⁊ pupil/
la alterũ eſt ab aere a quo mouet. Et ſilr auditꝰ habet
ſuũ motiuũ: ⁊ ſimiliter oĩs ſenſus: ſed alterũ ſenſitiuũ
quod vltimũ dicit: qꝛ vltimo venit ad ipſum: primuʒ
aũt dicitur eo ꝙ ibi eſt fons ⁊ origo ſenſibilis virtutis
eſt vnũ formale ad quod terminat ſenſus particularis
⁊ ꝙ vnũ ſenſitiuũ eſt vna medietas omniũ ſenſibiliũ:
ſicut etiã oſtendimꝰ ſuperius: ſed plura eſt ẜm eẽ parti
cularũ ſenſuũ qui ad ipſum terminantur: prius eñi di
ctũ eſt ꝙ vno ⁊ eodẽ diſcernit: ⁊ quid eſt illud qđ diſ
cernit: ⁊ quid differt dulce ⁊ calidũ. Sed nũc dicẽdũ
eſt quia eſt vnũ aliquid quod eſt primũ ⁊ vltimũ ſenſi
tiuũ quod eſt ſic vnũ: ſicut terminus ad quem diuerſa
terminãtur eſt vnũ: ſicut punctũ centri eſt vnũ ad qđ
linee terminantur a circũferentia venientes. Et ſimili/
ter intellectus eſt vnus ad quẽ omnis motꝰ fantaſma/
tũ terminatur: ⁊ eſt formalis reſpectu fantaſie: ſicut et
fantaſia formalis eſt reſpectu ſenſus cõmunis: ⁊ ſen/
ſus cõmunis reſpectu ſenſuũ particulariũ: hec autem
vera ſunt de intellectu: ſiue fantaſmata ipſa moueant:
ſiue moueant intentiones boni vel mali ex fantaſma/
tibus elicite.

Ca. ꝑm. iiij. ꝙ eadem eſt analogia fantaſmatũ ad in/
tellectum que eſt ſenſibilium ad ſenſitiuũ.

E St ãt eadẽ prorſus analogia ⁊ idẽ nũerꝰ ſen
ſibiliũ pluriũ cõparatoꝝ ad ſenſitiuũ vnuʒ qđ Tex.⁊ cõ.32.
facit inter ea cõparationẽ ⁊ fantaſmatũ pluriũ
ad intellectũ vnũ qđ facit inter ipſa p rõnes cõparatõnẽ
nihil eñi oĩno differt opponere ab aliq̃ dicẽte ⁊ ꝗrẽte
ꝗliter iudicat ea ꝗ ſunt ſilia gñe al's diſſimilia: ſicut ea
ꝗ ſunt vniꝰ generis ⁊ potẽtie quõ idẽ iudicat album ⁊
nigrũ: dicemꝰ ꝙ iudicat ea ſicut vltima virtꝰ: ad quaʒ

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

terminat mot⁹ albi ⁊ nigri. Et sil'r si q̄rat aliq̄s quō idē ē iudicās id qđ est ex fātasmate albi: ⁊ ex fātasmate nigri: dicem⁹ sil'r sic vn⁹ ⁊ idē termin⁹ ad quē vltimi ꝓueniūt mot⁹ vtriusq̄: qm̄ sic se hn̄t res sensibiles ad sensitiuū vltimū: ita se hn̄t diuersa fātasmata ad intellectū vnū vltimū. Si eni. d. sit dulce ⁊. c. amarū quo ad hoc ꝙ sit silitudo ⁊ spēs dulcis ⁊ amari. c. in fantasia. a. aūt sit res sensibilis alba: ⁊. b. sit res possibilis nigra: ⁊. c. in fātasmate se hȝ ad. d. ⁊. a. aut ad. b. tūc oȝ ꝙ cum sit fantasma amari ⁊. d. ꝙ sic. a. c. ⁊. d. dulcis. a. ⁊. b. se hn̄t mouendo sensitiuū vltimū vnū: ita. c. ⁊. d. se habeāt ꝙ moueāt intellectū idē ⁊ ꝯmutabiliter: sic ē ⁊ q̄dāmō q̄ ad h ꝙ sicut se hn̄t spēs in fantasmate mouētes intellectū ita se hn̄t sensibilia mouētia sensū. Et adhuc sicut se hn̄t spēs quoꝝdā sensibiliū ad ipsa ⁊ ecōuerso: ⁊ h cōtingit ꝓpter h ꝙ fantasia est mot⁹ a sensibili f̄m actū fact⁹: ⁊ iō oȝ ꝙ in fantasmatib⁹ sic sit sicut in sensibilibus ⁊ ecōuerso. Si eni sunt sensibilia eadē in genē vel diuersa: ita erūt etiā fantasmata mouētia intellectū: si ḡ. c. ⁊. d. q̄ sunt fantasmata cōposita sūt eiusdē generis ⁊ eiusdē sensus: sic se hn̄t mouēdo intellectū sicut. a. ⁊. b. mouēdo eūdē sensuȝ: ⁊ tūc oȝ ꝙ sint vnū ⁊ idē quo ad h ⁊ ab eadē virtute apphendunt: licȝ eē virtutis illi⁹ f̄m ꝙ refert ad h fantasma ⁊ illud: nō sit idē etiā sic diximꝰ ꝙ est primi sensitiui nō est idē qm̄ couertitur ad vnū sensibile ⁊ aliud: sicut diximꝰ ꝙ esse cētri nō ē idē f̄m ꝙ refert ad vnā lineā ⁊ ad aliā: h āt mō pȝ silitudinē esse vnā in oib⁹ fantasmatib⁹ ⁊ in sensibilib⁹: ⁊ in nūero ⁊ in analogia. Eadē aūt rō est si accipiant sensibilia ⁊ fantasmata diuersoꝝ geneꝝ: diuersoꝝ āt generū sunt sicut supra oñdimꝰ in secūdo q̄ sunt diuersoruȝ sensuū: si. a. q̄dē sit dulce. b. vō sit albū: ḡ ex his apparet ꝙ intellectū intelligit ⁊ accipit spēs q̄ sunt in fātasmatib⁹. Hoc āt nō tm̄mō veꝝ est de fantasmatib⁹ q̄
Tex.⁊ cō.33. a sensu sunt accepta: sȝ etiā de intētionib⁹ ꝯuenientis ⁊ icōueniētis q̄ cū sensibilib⁹ accipiūt q̄ nata sunt mouē appetitū: sicut eni in fantasmatib⁹ determinat de ꝯueniēti ⁊ incōueniēti p rōne: sic decernitur imitabile vel sensibile. Et iō hō extra sensuȝ f̄m actū exiēs qm̄ videlicȝ sensibile nō sit p̄ns cū sit in fātasmatū motib⁹: tūc mouet p terrorē vel gaudiū: nō tm̄ sōniādo sȝ etiā vigilādo aliqn̄: ⁊ h signū est ꝙ qn̄ aliq̄s ē sentiēs f̄ȝ rerū p̄ntiā qđ est fugiēdū: verbigrā ꝙ videlȝ q2 ignis ē incēdēs edificia in q̄b⁹ hitat: h ei vt fugiēdū cog̃scit cōiter ois hō vidēs illud: q2 ois vidēs illud fugit: ꝓpter hoc qđ dicit in oratio: nā tua res agit paries dū ꝓximꝰ ardet: h eni incꝑtū vidēs mouet ad fugā. Sil'r āt q̄cūq̄ videt hostes ⁊ sentit qm̄ ꝑlia sūt siue resistēdo siue fugiēdo mouet: etiā sicut se hȝ in sensibilib⁹ ⁊ sensu: sic se hȝ in fātasmatib⁹ ⁊ intellectu in hoie vel in fātasia rōcinat tāq̄ videt ea corā oculis suis: ⁊ deliberādo determinat futura bona vel mala ad p̄ntia fātasmata: sic p̄cipue faciūt melācolici ⁊ dormiētes in sōnis: sic eniȝ in sōnis ad imagines mulieꝝ mouēt mēbra ad coitū: ⁊ ꝑficit delectatio ac si eēt res p̄ns: ꝓpter quā spēs tales iprimant in corpa: qn̄cūq̄ eni in fātasia est cōueniens forma vel discōueniēs corpi: statim virtutes q̄ sūt affixe mēbris mouēt corp⁹ ad inducēdū illā. Et iō
Tex.⁊ cō.34. aliq̄ facti sūt leprosi ⁊ aliis infirmitatib⁹ detēti ꝙ imaginatōib⁹ lepre frequēter detinēt vl' alteri⁹ isirmitatis cū in fātasmatib⁹ dicat determinādo aia aliqđ esse tāq̄ letū vel tanq̄ triste: ⁊ si nō sit f̄m esse: tn̄ fugit tūc a tristi aut imitat letū: ⁊ vl'r sic est in oi actōe: ⁊ actionē voco qđ actuale pōt agi p nos sic sunt oia q̄ ad delectatiōes vel tristicias ꝑtinēt: vel ad cōicationē vite aialiū inter se. Si āt veꝝ ⁊ falsuȝ accipiat sicut actu: ita ꝙ nō sint accepta in reb⁹ actualib⁹ p nos: q̄ dicunt ꝑterita: tūc adhuc sunt in eodē genē: qm̄ sunt cognitiōes in fātasmatib⁹ accepte: sicut ⁊ bonū ⁊ malū actibilia ⁊ ꝑterita: sȝ in eo qđ simpl'r est veꝝ ⁊ falsuȝ differt a bono ⁊ malo q̄ ad gen⁹ cogitationis: qm̄ simpl'r veꝝ non est in his q̄ sp ⁊ vbiq̄ sunt vera q̄ sunt vl'ia: ⁊ h nō sunt in fantastica cogitatōe vel cognitōe sȝ intellectuali potētia. Sil'r āt de ꝯrio qđ simpl'r est falsuȝ: q2 h est qđ vbiq̄ ⁊ sp ē falsuȝ sine hic ⁊ nūc: differūt āt veꝝ ⁊ falsuȝ a bono ⁊ malo q̄ in q̄dā sunt ꝙ sit agibile per nos: erit q̄dē verū ⁊ falsuȝ in fantastica cognitōne sȝ nō bonū ⁊ malū: pȝ igit ꝙ in oib⁹ quoꝝ spēs est in fantasmatib⁹: sic in phisicis ⁊ ethicis analogia est inter sensibilia ⁊ sensum ⁊ fantasmata ad intellectū fātasticū cōparata.

Cap. v. de intellectu mathematicoꝝ ⁊ diuinoꝝ.

Sed de his q̄ sunt abstractōe dicta sic mathematica q̄ in diffinitōe sua nō ꝯcipiūt mām sensibilē: videt fortasse alicui ꝙ nō sit talis analogia. Tex.⁊ cō.35. Sȝ sciendū ꝙ oia talia intelligit ⁊ accipit intellectus per sensum. Sicut enim accipit intellectus in hac mā sensibili q̄ est caro nasi: eo ꝙ coniūcta est per eē ⁊ diffinitionē cū mā sensibili: ita accipit sepata mathematica in fātasmate: eo ꝙ p eē ꝯiūcta sūt māe sensibili: licȝ p abstractōnē vel diffinitionem sint abstracta. Cū eni intelligit simū qđ in sua diffinitōe carnē nasi cōcipit: oȝ ꝙ illud nō sepatū accipiat p diffinitionē. Inq̄tū āt accipit gen⁹ suū qđ est curuū in sua rōe nō accipit carnē nasi: eo ꝙ f̄m vnā rōnē saluat in q̄libet mā tūc intelligit h sine intellectu carnis. Et q̄ ad h intelligit mathematica q̄ f̄m esse nō sunt sepata tāq̄ sint sepata Tex.⁊ cō.36. q2 sunt suis diffinitōnib⁹ abstrahētia ab oi sensibili mā nō ḡ accipit ea sepata extra mā existētia: q2 in reb⁹ sp sunt cōiūcta: ⁊ sic receptio ipsoꝝ est ex fātasmate. Sȝ cū accepit intellect⁹ aliqđ eoꝝ qđ ꝓfundat circa illud: ⁊ ꝑcipiēs nō eē de intellectu alicui⁹ eoꝝ mā sensibilē abstrahēdo a mā sensibili diffinit illud: talis ḡ est intellect⁹ mathematicoꝝ ꝙ accipit ex fantasiis sicut ⁊ alioꝝ intellect⁹ q̄ sunt nālia ⁊ actualia. In oib⁹ his videt ꝙ ois noster intellect⁹ ex fātasmatib⁹ oriat. Que āt sic ex fantasmatib⁹ accipit intellect⁹ intelligit cū ipe sit separat⁹: oȝ ꝙ sint sepata ea q̄ intelligit: ⁊ cū oib⁹ his ē in potētia: postea āt in actu. Que āt f̄m actū sūt in intellectu tripl'r sunt in ipo: quoꝝ vnū est f̄m actū scire ⁊ agere sciaȝ: sicut ꝙ ois hō est aial: qm̄ actual'r ordinat p̄dicatū ad subm: secūd⁹ āt est scire in hitu ⁊ nō cōsiderare: terti⁹ āt est habē inchoationē sciē: sicut qn̄ de aliq̄ interrogati incōtinēti r̄ndere nō possum⁹ certissime tn̄ sciētes q̄dē in ꝓximo r̄ndebim⁹: talē eni sciaȝ in potētia nō habem⁹ tm̄: q2 sic oȝ dicere al' discere ante r̄nsionē qđ nō est veꝝ: sil'r nec in actu: q2 nō actualiter ꝯsideram⁹: neq̄ etiā ꝑfectiōe in hitu: q2 si hērem⁹ ꝑfecte habitū ꝓpinquū possem⁹ r̄ndere cū vellemus. Et prim⁹ q̄dē mot⁹ assilat thesauro q̄ in visu apprehēdit: secūd⁹ āt thesauro reposito in terra: terti⁹ āt thesauro recondito qui q̄dē habetur sed est reclusus ⁊ clauis in ꝓmptu nō habetur vel inuenitur.

Cap. vj. qualiter intelligunt diuina q̄ sunt separata in quo est digressio declarans h quod dixit Alexander ⁊ improbationē eiusdē erroris.

His aūt habitis sciendū ꝙ illud est res intelligēs p suā essentiā solū. qđ est intellect⁹ oino ⁊ vl'iter est intellect⁹ in actu semp exn̄s: ⁊ h ē intellectus ⁊ intelligentia oino sepata. ⁊ iō nequaq̄ in potētia exn̄s: sed semp in actu nō solū bn̄s: sed etiā faciens de

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

ciens ꝺ ſe oīa intelligibilia. ⁊ nihil coꝝ querit extra ſe ipſum ſꝫm ꝙ intellectus eſt. Sed ē qd de noſtro intellectu q̄ ꝯiunctus eſt magnitudini ſenſibiliū ſicut dictū ē: eo ꝙ non accipit niſi formas abſtractas magnitudine: vtrū nūꝗ ꝯtingat ipſum intelligere aliqd ſic ſeparatorū a magnitudine vel nō. Si.n. ꝯtingit ipm intelligere ſeparata: tūc nō ſemꝑ accipit a fantaſmatibus ⁊ a magnitudine: ſed ꝯiungit intelligētie ſeparate: dāti ſibi formas intelligibiles. qd duobus modis eē pōt ꝙ videlꝫ ꝯiungatur ei ſicut efficiēti tm̄ formas intelligibiles in nobis aut ꝯiungat ei ſicut efficiēti ⁊ forme. ⁊ ſi iſto ſcdo mō eſſet ꝯiunctus mālis noſter intellectus agēti intelligētias ſeparate: tunc h̄ eēt maior felicitas ⁊ diuinitas quedā ꝗ intellectus humanus ꝯſequi poſſet. h̄ qd eſt grauiſſima inter oēs qōnes q̄ ſunt de aīa. Et ariſtoteles ꝓmittit ſe de iſta qōne ꝯſideratione hēre poſteriꝰ: ⁊ nos nō inuenimꝰ cū ꝯſideraſſe de his in aliq̄ ꝑte libri ſui ꝺ aīa niſi forte h̄ exciderit a libris ſuis q̄ ad nos nōdū ꝑuenerunt. Si āt obſcure pōt hēri de libris eius tūc ſic dicit alfarabius ad incoatū hētur ab eo ſolutū vbi vt videt hoc eē qd dicit ꝺ felicitate ꝯtēplatiua. Nos aūt ꝑꝑ doctrine bonitatē ꝗ tū deus his donare dignabitur: hic volumus ꝑſcrutari vt oēs ſimul determinemꝰ opationes intellectꝰ. ſed volumꝰ prio oſtēdere dicta ꝑipateticoꝝ in hac qōne: ⁊ poſtea ſniam noſtrā: ⁊ oſtēdemꝰ in q̄ ꝯuenit: ⁊ in q̄ differt a dictis alioꝝ ꝑipateticoꝝ: ⁊ q2 inter ꝑipateticos q̄ ꝑſecuti ſūt ariſ. p̄cipuus vt multi dixerūt fuit alex. referamus igit prio q̄lr ipſe iſtā qōnē ꝺterminauit. dixit.n. itellectū poſſibilē eē generabilē cū corꝑe hois ⁊ corruptibilē eo ꝙ eēt forma ⁊ v̄tus i corpore ſic ſupiꝰ diximus q̄ intellectus ſꝫ eū nō ē aliud ꝗ ꝑparatio ad itelligibilia ſuſcipiēda ⁊ aptāda: ſic raſura tabule: ⁊ plana ē aptitudo ad recipiēdū picturā. ⁊ nō ē ſb̄a in ſe ens ſic ē tabula ſꝫ ē tm̄ aptitudo ad itelligibilia ꝯñs ꝯcluſionē eoꝝ iter oēs ꝯplexiōes magis eq̄lē: ⁊ ad eq̄litatē celeſtē magis ꝑ ſilitudinē vicinātē. In hac aūt aptitudie fac formas prio itellectꝰ agēs q̄ ſꝫ iſtū ē intelligētia ſeparata ⁊ nō ꝑs aie exn̄s ⁊ ꝗdiu tm̄ fac eē i actu educēdo eā de potētia ad actū nō ꝯiūgit itellectui poſſibili niſi ſic efficiēs: ⁊ fac ſic ineē itellectū ſpeculatiuū quē ēt dicit generabilē ⁊ corruptibilē in nobis qn̄ ꝑficit ad plenū itellectꝰ poſſibil: ⁊ hꝫ intellectū ſpeculatiuū: tūc demū ꝯiūgit ⁊ itellectꝰ agēs ſic forma: ⁊ hūc q̄dē nūꝗ itelligit intellectꝰ poſſibil: ſꝫ cū poſt oīa itellecta ꝯiūgit nobis vt forma: tūc nos ꝑ ipꝫ itelligimus oīa alia ſeparata ⁊ hēmꝰ ſciaꝫ ipſoꝝ. Redit g̊ dictū iſtiꝰ hois ad h̄ ꝙ ex fantaſmatibꝰ acceptꝰ ꝯtinuat ⁊ vnit nobis intellectꝰ ſpeculatiuꝰ ⁊ m̄lto lūine ſpeculatoꝝ qd lumē largit eiꝰ intellectꝰ agēs vt agēs. ⁊ diſpōit ꝯtinue meliꝰ ⁊ meliꝰ intellectꝰ poſſibil. Et ſic ꝯtinue ſpeculādo tādē vnit ei vt forma: ⁊ intellectꝰ agēs q̄ ē vt ſb̄a ſeparata dicta nobis vnita. ⁊ q2 ſb̄a ſeparata intelligit alia ſeparata: iō tūc ꝑ agētē vnitū nobis intelligimꝰ alia ſeparata. Adhuc āt iduxit rōnē q̄ nō ē demōſtratiua. dixit.n. ꝙ due ſūt opatiōes intellectꝰ: q̄ꝝ vna ē facere ⁊ q̄ſi creare formas actu itellectas ex potētia itelligibilibus ⁊ h̄ nihil aliud ē niſi denudare eas ⁊ facere ſimplices a mā ⁊ ceteris indīduātibꝰ eā. alia aūt ē itelligere: ⁊ prima iſtaꝝ opationū ē ꝑꝑ ſcdaꝫ. Et iō cū ꝑfecte ſint iſte due opatiōes i nobis: tūc ꝑfectus ē intellectꝰ noſter. Eſt āt ꝑfecta opatio pria qn̄ intelligibilia oīa fcā ſūt ſꝫ actū: opatio āt ſcda ꝑfecta ē qn̄ pōt oīa itelligere ꝑ id qd hꝫ in ſe hō q̄ſi formaret: h̄ aūt fit mō p̄dicto: ⁊ erit ꝯtinuatio ⁊ ꝯiūctio nobiſcū intellectꝰ agētis: ⁊ ꝑ eū alioꝝ ſeparatoꝝ: ⁊ huius dedit exēplū in potētia ābulādi: qm̄ dicit ꝑfecta in ābulātibꝰ qn̄ fuerit ꝯfortata ad ꝗlibꝫ ambulationē ꝑficiēdā ſꝫ actū: ⁊ h̄ fit ſucceſſiue ꝑ organorū ꝯfortationē ⁊ ābulatiōis vſum. Silr āt dixit eē ꝙ itellectus ꝯtinue ꝯfortat ⁊ diſponit ad maiꝰ lumē recipiēdū ꝑ itelligibilia: ⁊ ſic ꝯfortatꝰ ꝑficit ſeparatū agētēꝫ vt formā. ⁊ hūc modū vocauit intellectū adeptū q̄ eſt vltimꝰ gradꝰ itellectiue potētie. ꝑ adeptū aūt itelligit ſeparata. Ecce h̄ ē qd alexādri ſꝫ ꝙ pōt itelligi ex v̄bis eiꝰ in libro ſuo de aīa: ⁊ in libro ſuo de intellectu ⁊ itellecto: ⁊ h̄ ē opīo erroribus plena: ⁊ ad ipſā plura ſequūt icōueniētia. ⁊ hoꝝ q̄dā ponit auerrois ꝯ̄ eū ⁊ q̄dā nos inducemus. auerrois v̄o ſupponit ꝗdā ſuppōnē eē verā: ⁊ h̄ ē ꝙ intellectꝰ oībus modis efficit itellectꝰ: ⁊ h̄ p̄cipue in rebꝰ ſeparatis a mā: q̄ ſi nō ſit prius itellecta ⁊ v̄ificata nō itelligerētur rōnes eiꝰ. Eſt āt ſic v̄ificāda: qm̄ ſic ſupiꝰ diximꝰ vel oſtēdimꝰ itellectꝰ oīs ē forma q̄ medietas ē itellectoꝝ: ſic medietas i tactu mediū ē tāgibiliū. ⁊ iō ſic qn̄ tāgibile ſꝫ actū imutat tactū efficit q̄litas tāgibilis ⁊ tactiue v̄tutis vna ꝓpter h̄ diſtinguit tactꝰ ⁊ determinat ꝑ q̄litatē rei tacte ita ē ꝙ vna efficit itellectualitas rei itellecte. ⁊ iō diximꝰ ſupius ꝙ itellectꝰ tactus ⁊ itellectus rei ſūt vnū: nō ſic ſb̄m ⁊ accidēs: nec ſic mā ⁊ forma: ſꝫ ſic ea q̄ aliq̄ mō ſūt eiuſdē forme ſic determinās ⁊ determinatū: ſic ſe hꝫ oīs forma māe: qn̄ vnit ad extrema: ⁊ accipit actū eiꝰ. q2 mediū ē aliq̄d extremi: hac āt hita ꝓpōne obijcit ꝯ̄ illud: dicēs ꝙ itellectꝰ agēs ponat eē nō ꝑs ſꝫ ſb̄a ſeparata ⁊ icorruptibilis: ⁊ ſpecl'ata ponāt generabilia ⁊ corruptibilia: q2 itelligūt a nobis ꝑ agētē itellectū qn̄ fuerit nob vt forma tūc oportebit ꝙ cū itll'ctu agēte fiat vnū ⁊ ſic icorruptibile fiat corruptibile qd ē abſurdū ⁊ n̄ itelligibile. ē aūt incōueniēs oīno dicere icorruptibile ⁊ ſeparatū fieri formā corruptibil' ⁊ ſeparati corꝑei. pōit.n. iſte intell'cm̄ poſſibilē eē corꝑeū ⁊ ꝯiūctū ⁊ corruptibilē ⁊ agētē eē icorruptibilē ⁊ ſeparatū ⁊ icorꝑeā ſb̄aꝫ: ⁊ mō p̄dicto igredi eā i nos: ⁊ h̄ eē qd dic ariſto. ꝙ igredit ab extrinſeco m̄lta ſūt ipoſſibilia q̄ ſequūt ad h̄ ꝙ dic intell'cm̄ poſſibilē eē formā corꝑis vt i ſuꝑioribꝰ induximꝰ. pꝫ āt facile ex dictis ꝙ iſte nullā verā cāꝫ aſſignare pōt qōis iducte q̄ ſoluat eā: q2 nullo mō videt vniri poſſe icorruptibile incorꝑeū ⁊ ſeparatū cū corꝑe ſeparato corruptibili ⁊ ꝯiūcto: q2 oīno redit dictuꝫ ſuū ad h̄ ꝙ aut recipit de nouo aut nō recipit: ſi recipit tūc oꝫ ꝙ fiat imutatio aut recipiētis aut recepti aut vtriuſqꝫ. ꝯſtat aūt ꝙ alexāder n̄ pōt dicere ꝙ ſit i recepto: q2 h̄ ſꝫ eū eſt ipermutabile ⁊ necc̄riū. ⁊ ex h̄ etiā pꝫ ꝙ n̄ ſit trāſmutatio in vtroqꝫ. ſi āt ē trāſmutatio in recipiēte: tūc oꝫ ꝙ recipiēs fiat ſb̄a q̄dā q̄ inerat priꝰ qn̄ vnit ei ſic forma māe ⁊ tūc q̄rit ab eo q̄d ē cā huiꝰ trāſmutatiōis ⁊ receptiōis: ⁊ n̄ poterit aſſignare. ſi āt dicat aliq̄s ꝙ alexāder intelligit ꝙ itellectꝰ agēs ſꝑ ē i nobis: tūc ſequit incōueniēs maiꝰ cū ſꝑ agat itellectꝰ v̄lr agēs ſtati i fātaſmatibꝰ p̄ntibꝰ aget itellectꝰ ſpecl'atiuꝰ. ⁊ ſic hēbimus oēs ſcias ſpecl'atiuas ſine ſtudio ⁊ ſine doctore: ⁊ erit vnꝰ modꝰ itellectꝰ agētis i nob ⁊ an̄ ſpecl'ationē: ⁊ h̄ ꝯcipimꝰ eē fl'ſ: iſta v̄o ꝯſecutio ipoſſibilis videtur eſſe necc̄ria ꝑ h̄ ꝙ ad itll'cm̄ ſpecl'atiuū nihil amꝑ. exigit niſi p̄ntia agētis ⁊ p̄ntia fātaſmatis ⁊ ſꝫ itellectus poſſibil. hec ſunt q̄ dixit alexander ⁊ que ꝯ̄ eū inducunt.

Capitulū. vij. ⁊ eſt digreſſio declarās opinionē themiſtij ⁊ theophraſti in ſolone queſtionis inducte.

t hemiſtij aūt ⁊ theophraſti dictuꝫ ad h̄ redit ꝙ intellectus agēs ē forma: ⁊ intellectus poſſibilis vt ſupius diximus: ⁊ intelligere i nob non eſt ꝑ receptionē intelligibiliū: ſed intelligere nihil

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

aliud eſt ꝙ denudare ꝑ intellectū itelligibilia eo ꝙ lux agentis eſt circa ipſa ⁊ circa lucē agētis: tūc circa ipſa eſt intelligere ea. hi aūt q̄ dicūt intellectū poſſibilē eē ſepatū ſicut agentē ⁊ incorruptibilē vtrūq3 eē dicūt ꝙ nihil incōueniēs eſt ꝙ incorruptibil' fiat forma icorruptibilis: ⁊ iō rephendēdo ale. dicūt ꝙ ipē dixit incōpoſſibilia. dixit.n.ſpeculatiuū ꝯtinue generari ⁊ corrūpi q̄ etiā vocatur intellect⁹ in habitu: ⁊ tñ iſtū informari ab intellectu agente incorruptibili ſic informat' ſba ex ſua forma. Sic.n.eſſet corruptibile mā incorruptibil' qđ ē incōueniēs. ⁊ ſi hoc mō intellectus vniret' nobis indigeret intellectus agēs corruptibili ad ſuā actionē ꝑficiendā q̄ eſt intelligere q̄ oīa ſtare nō pñt: ⁊ iō dictū alexādri iſti duo viri nullo mō ſeq̄ voluerūt. Dicunt etiā iſti ꝓbationē alexandri nō valere qñ ver₂ eſt ꝙ virtus ꝑficitur ꝯfortatione ⁊ exercitio qñ eſt virtus generata in ꝯplemento.n.generari accipit etiā ꝯplementū virtutum generatū: ſed non ꝓp hoc ꝑuenit ad virtutē q̄ nō eſt generari ſ3 ꝙ ē generatū. Cū.n.alex.dicat intell'cm̄ potentialē eſſe generatū: ⁊ intell'cm̄ q̄ eſt in habitu ſilr eſſe generatū: ⁊ finis ꝯplementū generari eſt generatū tunc ꝑ hec duo nō venit ad ꝯtinuationē ⁊ vnionē intellectus agentis q̄ eſt non generatus ꝓp qđ iſti fuerūt primi qui ꝯtēpſerunt dictū alexandri: ⁊ dixerūt ⁊ poſſibilem eſſe nō generatū ⁊ agentē ⁊ ſpeculatiuū qui ſit ab vtroq3 ſicut ſuperi⁹ diximus. dicūt aūt intell'cm̄ noſtr₂ ꝯpoſitū ex potētiali ⁊ agenti eſſe ꝯiunctū nobis ꝑ itelligibilia ad fantaſiā mouentē relata ⁊ ſic ꝯpoſitū intellectū nobis ꝯiunctū ꝑ ſe ſufficientē eſſe ad intelligēdū ſepata: ⁊ huius vnicā rōne3 aſſignāt q̄ a minori eſt ducta: ⁊ eſt rō topica ꝓbabilis vno mō ⁊ non neceſſaria. dicunt.n.ꝙ minus videt' ꝙ intellectus ꝯpoſitus ex duobus ſeparatis ſit de intelligibili ꝯcipiente mām ꝙ ð intelligibili qđ eſt ſil'e ſibi. ⁊ eſt tñ de intelligibili ꝯiūcto cū magnitudine: g̃ multo magis eſt de intelligibili ſepato: ⁊ hec rō quā inducūt nullo mō ꝯcluderet ſi diceret intell'cm̄ poſſibilē non eſſe ſeparatū: ſicut dixit alexander: qñ in oībus virtutibus corporeis ſic eſt aliq̄d qđ in ſe valde actiuū eſt nec percipit' quo ad nos eo ꝙ expellit armoniā virtutis: ſicut ſol qui ē valde viſibilis ñ videtur a nobiſ. ⁊ ſilr poſſet eſſe ꝙ ſeparata q̄ ſ3 ſe ſūt valde intelligibilia nō intelligūtur a nobis: ſicut et̄ ar. videt' dicere ꝙ diſpoſitio noſtri intellectus ad maniſeſtationē nāe eſt ſicut diſpō oculo₂ veſptilionis ad lumen ſol'. Cū aūt ponūt intell'cm̄ eſſe virtutē ſepatā: tūc rō eo₂ eſt ꝓbabil'. Sed ipſam cā3 aſſignare nō poſſūt q2 intellectus agens quādoq3 agit in nobis ⁊ qñq3 nō agit: cū ſ3m eos ꝯtinuetur nobis. Adhuc autē ſ3m iſtos non eſt in nobis aliq̄d recipiens intell'cm̄: ⁊ ſic intellectus ⁊ intelligere non ſit vnū qđ eſt cōtra poſitiōes ſapientum. Quedā aūt alia contra hanc opinionē inducta ſunt in precedentibus.

Capitulū. viij. ⁊ eſt digreſſio de ſolutione queſtiōis auēpace ⁊ alfarabij in quo errauerunt.

a

Uempace aūt qui tota vita ſua ſolit⁹ fuit ſoluere iſtā queſtionē poſuit intellectu3 materialem eſſe corruptibilē ⁊ generabilē: ⁊ nō eſſe aīe rōnalis partē: q2 dixit ⁊ hūc eſſe fantaſiā ſ3m ꝙ eſt in hoīe que cōiuncta eſt cum cogitatione potētia ſic̄ ſuperius diximus: ⁊ ante diximus. Soluebāt aūt iſtam queſtionē ſicut ⁊ alfarabius ⁊ poſt eu3 albubachel ꝙ intellectus agens eſt nā hoīs ⁊ eſt ſeparatus: ⁊ iō quādo per intelligibilia perficeret operationem ſuā que ē creare ⁊ facere intellectus ſpeculatiōis: ⁊ tūc quaſi liberatus intelligit ꝑ ſeipſum ea q̄ ſunt ſepata. Auempace autem poſt hos veniens addidit ꝙ hō ſ3m intell'cm̄ habet duas vires: vnā humanā quā habet inquantum colligat' fantaſmatibus: alterā aūt diuinā quā h3 ſ3m ꝙ eſt veſtigiū intelligentie ſepate ꝑ humanā intelligit cōcepta cū mā per diuinā aūt ſeparata. Oēs aūt iſti tres vnā habent rōnem: ſed dupliciter arguūt ex illa primo qđ mō vno ſic. ſupponūt.n.ꝙ oīa ſpeculatiua que ſunt in anima facta ſunt ſpeculatiua poſtꝙ potētia facta ſūt ſpeculatiua. deinde ſupponunt aliā propoſitionē q̄ veriſſima eſt: ꝙ videlicet omne factū ſpeculatiuū habet quidditatē. ⁊ tertio iter₂ ſupponūt aliā verā propoſitionē ꝙ videlicet intellectus eſt qui facit oēs quidditates potentia intellectas eſſe actu intellectas. ⁊ ex ill' cōcludūt ꝙ intellectus innatus eſt extrahere formas intellectiuo₂ ⁊ quidditates eo₂: oportet igit' ꝙ virtutē illam habeat per naturā ſeparatā. Hanc aūt rationem etiam aliter inducūt ſic. Supponūt enim primo ꝙ oīs quidditas ſuppoſiti ⁊ ſingularis cū potentia eſt potentia ſeparabilis ab ipſo. Secūdo aūt ꝙ quādo ſit actu ꝙ tunc facta eſt quidditas pura ab intellectu agente: ⁊ querunt ꝙ ſit ſpeculatiuū aut cōpoſitum ex quidditate ⁊ alio: aut eſt ſimpliciter q̄dditas: aut nō eſt hñs q̄dditatem ita ꝙ ſit priuatio pura. ⁊ ſi dicat' ꝙ eſt cōpoſitū ex q̄dditate ⁊ quodā alio: tūc cum ab omni cōpoſito intellectus ſit aptus ſepare quidditatē intellectuſ ſepat ab intellecto illo quidditatē illam: ⁊ de illa quidditate erit eadem queſtio: ⁊ ibit h̄ in infinitū: ⁊ quia infinitu3 fugit omnis intellectus ſtandū eſt in primo intellecto: ⁊ dicendu3 eſt ꝙ illa eſt quidditas pura. Si aūt dat' ꝙ nō eſſet q̄dditas ſ3 eſſet priuatio pura: nō eſt pura: tūc nihil eſſet itellectū ſpeculatiuū. nulla etiā eſſet ſcia ſpeculatiua oīno: quod ſl'm eſt. Remanet ergo ꝙ ſit ſeparata ⁊ abſoluta quidditas. Adhuc autem alfarabius rationē inducit ⁊ ſic. ſupponit enim ꝙ intellectus equi inquantū eſt equus ſiue per ſimplicē quidditatē ipſius non eſt plures intellectus ſed vnicus. ⁊ ſimiliter eſt de intellectu hoīs: ⁊ vniuerſaliter eſt de omni intellectu quidditatis. Si ergo efficitur plures intellectus oportet ꝙ aliquid ſit cauſa pluralitatis: hoc aūt non eſt niſi quod diuidit' ⁊ differre facit quidditatē ſ3m eſſe ⁊ numerū: ⁊ hoc nō eſt niſi forma corporalis ⁊ indiuidualis in fantaſia vel in ſenſu. Quia igit' intellectus ſpeculatiuus q̄dditatis eſt alius apud me: alius apud te: hoc eſt ꝙ forma imaginata in ſpiritu corporeo cum quo cōponitur quidditas intellecta eſt alia apud me ⁊ alia apud te: ⁊ ſic per imaginationē cōponitur ⁊ ꝯiungit' nobis intellectus ſpeculatiu⁹ q̄ de ſe v'lis eſt: q2 ſuperi⁹ ē oſtēſu3 ꝙ intellectū ſ3m ꝙ intellectū nō eſt indiuiduū. Cū igit' intellectus ſic ſepatur lūie agētis ꝑfectus eodē lūie: ⁊ ꝑ gradus aſcendēs ꝯiungit' intellectui ſepato ⁊ ſit intellectus ſpeculatiuus q̄ſi diſpō media ꝯiunctōis iſtius: ⁊ h̄ fere eſt idē ac ſi dicat' ꝙ agēs h3 prio lumen debile: qđ nō valet niſi ſpeculari ⁊ valet intelligere ſepata: ⁊ poſtea acq̄rit lumē forte ꝑ qđ intelligit ſepata. ⁊ ꝙ idē eſt intelligēs q̄dditates q̄s a mā ſepatas h3: ⁊ q̄dditates ſepato₂: ſ3 vnicuiq3 pōt ð facili patere ꝙ h̄ rō nō valet niſi nos ꝯcedamus ꝙ vnicuiq3 ſunt q̄dditates ſepato₂ ꝑ ſe ⁊ q̄dditates eo₂ q̄ ſepant ab itellectu a mā i q̄ ſūt. Si.n.h̄ eēt ver₂ tūc eī⁹ v̄tutis eēt ꝯphēdere vtroſq3. Si āt equoce tūc nihil valet rō iducta: ⁊ ſi dicat' neq3 eē equoce neq3 penit⁹ vniuoce: tūc o3 ē vtutē itellectiuā variari: ſuppoſito h̄ ꝙ dīc ariſ. i. vij. ethi. ꝙ oīſ cognitio ē i aīa ſ3 ꝯgruētiā ꝯgnoſcētis ⁊ cogniti niſi h̄ eēt ver₂ tūc q̄libet v̄tus accipet qđcūq3: ⁊ ſic intellectus acciperet ſenſibile ⁊ alicui⁹ ſenſus intelligibile

quod oīno

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

qđ oīno eſſe nō pōt. Si aūt darent quidditates vtraqʒ eēt vnitas: tūc adhuc mlte remanerēt dubitatiōes. Si aūt dicat intellectꝰ poſſibilꝭ eſſe corruptibilis: tūc qre tur ſm pdicta qualr corruptibile vnit incorruptibili. ⁊ qđ ē tā in poſſibili ꝙ i ſpeculatiuo: qꝛ vterqʒ ponit cor ruptibilꝭ ab auēpace. Si āt poſſibilꝭ dicat eē incorrupti bilis ⁊ ſepatꝰ tūc relinqͭtur ꝙ qͥliter intelligit aliqͩ de nouo: qꝛ aliqͩ incorruptibile ſm ſbam non poteſt fieri nouum ſm formā eo ꝙ ex mā ⁊ forma fit vnū nouū. Adhuc aūt cū neqʒ ſit ſeparatꝰ quare mō intelligit ⁊ nō ante cū p ſe ſit vno mō qđ eſt ſeparatū. Adhuc relinqͥ tur qđ ſm iſtos: qͬe de ſepatis ſm ſe nō ſunt ſcie ſpecu latiue: ſicͭ ſunt de ꝯiunctis. Si.n. vtrūqʒ eſt in ptāte no ſtri intellectus: tunc ſpeculabimur de ſeparatis per ſe/ parata ſicͭ ſpeculamur de ꝯiūctis: h āt nō eſt verꝫ: qm̄ ſi quid parꝫ aliqñ ſpeculamur de ſepatis h facimus p cō iuncta cū mā: ſicͭ p motū accipimus motorē: ⁊ neſcimꝰ ſpeculari paſſiones ſbe ipſiꝰ: niſi q̄ relate ſunt ad motū ⁊ ad corpora. Si.n. eſt aliq̄ huius cā iſta: qꝛ hēmus in tellectū ꝯnālem nobis ad talia ſpeculāda tūc oʒ ꝙ oēs deficiamus in ſcia ſpeculatiua ſepatoꝝ: aut ꝓpterea ꝙ principia illius ſcie nō ſunt inuēta: ſicut deficimus i al/ chimia: aut pp hoc ꝙ non ſumus exercitati ſufficiēter: ⁊ vtrūqʒ eoꝝ eſt iprobabile: qꝛ talis defectus eēt gene ralis apud oēs hoīes. Si aūt diceret aliqͥs ꝙ aliqͥ hñt ⁊ aliqui nō hñt potētiā huius ſpeculatiui: tunc nos qꝛ non hēmus hmōi potentiā equiuoce diceremur hoīes ad eos qui hñt hmōi potentiaʒ. Conſtat.n. ſūmā hoīs potentiā eſſe pfectionem in ꝯtemplatione ſeparatorū.

Captrulū. ix. ⁊ eſt digreſſio qualiter auicēna ⁊ aga/ zel ſoluunt inductam queſtionem: ⁊ queſtio dubitatio nis eſt in dictis eorum.

Huic etiā qōni ſatiſfacere intēdit auicē. ⁊ inſe cutor eius algazel dicētes ꝙ in veritate intel lectus poſſibilꝭ eſt in nobis pͥo ſicͭ tabula ra ſa ⁊ planata queādmodū ſupiꝰ ē dictū: qꝛ cū addiſcit hō acqͥrit formas intellectas p h ꝙ agēs denudat eas ⁊ cōiungit eas intellectui poſſibili: ⁊ cū qͥlibet illaruʒ formaꝝ intellectualitatis accipit ab agēte oʒ ꝙ poſſibi lis in qͥlibet conuertat ad agentē: ⁊ cū pfecta fuerit cō uerſio eius ad agentē tūc coniūgit intellectui agenti vt forme: ⁊ tūc p ipſum intelligit ſepata. ⁊ iō addiſcere ni hil aliud eſt niſi acqͥrere perfectā habitudinē q̄ mālis ad agentē ꝯuertatur: quā cū acqͥrit tūc oīa ſcit actu ex h ꝙ ꝯuertitur ad agentē largientē ei formas itellectas: qꝛ ex ipſa emanāt in aīam oēs forme intellecte. dicūt. n. iſti ꝙ cū forme intellectus ſpeculatiui ſunt in aīa qͣs hō intelligit qñ vult: aut ſunt in aīa ſicͭ in theſauro: aut ſunt ita in aīa ꝙ lʒ nō ſint in ipſa ſicut in ſbo: hʒ tñ eas qñ vult. Si aūt eſſent in ea ſicut in theſauro tūc opor/ teret ꝙ aīa rōnalis hēret memoriā ⁊ reminiſcentiā in omni actuali ꝯſideratione qđ fſm ē. qꝛ ea q̄ ſunt in aīa ſunt abſtracta a tpe. ⁊ oīs memorās memorat ſub oīa tēporis determinatꝰ. Adhuc aūt theſaurus pficitur in tenēdo: q̄ ſit aūt nā aīe rōnalis q̄ teneat formas nō pōt etiā dici ab eo qui dicere velit. Nō ğ ſic res ſeruat in aīa. Si āt dicatur ꝙ ſunt in aīa ſicut actus in potētia: h eſſe nō pōt: qꝛ nihil aliud eſt intelligere ⁊ ꝯſiderare ſʒ actū niſi hēre intellecta in aīa ſm actū. aliqñ āt nō ꝯſi/ deramus quoꝝ tñ hēmus ſciam. videtꝛ autem ꝙ opor teat dici ꝙ nihil hēat aīa plus q̄ ante diſcere hūit: aut oʒ ꝙ ſint forme ſpeculate intellectu agēte. ꝯſtat aūt ꝙ poſteriori mō dici nō pōt: qꝛ tūc eodē mō ad intelligē/ dū eſſet diſpoſitus ⁊ añ ſciaʒ ⁊ poſt: ⁊ eēt ſp ipoſſibilꝭ ad ſciendū. Relinquit ğ ꝙ forme intellecte ſūt in intel lectu agēte: ⁊ ꝙ p addiſcere acqͥrit aīa aptitudinē ꝯuer tendi ſe ad intelligibilia vel intelligētiaʒ q̄ larga ē i dā dis ſpēbus intelligibilibꝰ. ⁊ quotieſcūqʒ ꝯuertit ad eā emanāt ex ea in aīam intellectꝰ multi. ⁊ hec eſt cōiun/ ctio noſtra ad intelligētiā ſeparatā: ⁊ p illā ad oēs alias ſeparatas. ⁊ iō dicūt iſti ꝙ etiā verꝫ eſt ſm aliquē mo/ dū etiā poſt addiſcere ⁊ ſcire intellectꝰ eſt in potentia ad cōſiderare: ſed hec eſt potētia ꝓpinq̄. Eſt aūt potē/ tia iſta in hoc ꝙ poſſibilis nō hʒ in ſe intelligere qꝛ ſta tim vt ꝯuertit ad agētē hēbit illū. Cōtra aūt dcm̄ iſtud ſunt preciſe qͣtuor rōnes. qͣꝝ prima eſt: qꝛ adhuc qͥſi ē vt prius. Qualr poſſibilꝭ p intellecta nō remanētia in ipſo acquirat aptitudinē ſe ꝯiungēdi agenti: de hoc. n. nullā aſſignant cām. Scōa aūt eſt: qꝛ ſm hoc imediate agēs ꝯtinuatur poſſibili poſt ſciam ⁊ cū ſit incorporeꝰ ⁊ ſeparatus videt ꝙ eadē rōne ꝯtinuat ei etiā añ ſciaʒ ⁊ ſic ſemp ꝯtinuat ei vt videt. Tertia aūt eſt ſi ſolū a/ gens largit formas intellectas: cū ipſe differat genere ⁊ ſpē oʒ aſſignare auicē. que eſt cā diuͤ. Quarta aūt ē: qꝛ cū ꝯuertit poſſibilis ad agentē tūc fluūt forme intel lecte ad ipſuʒ poſſibilē. cū ergo agēs hʒ ſe vno mō. for me fluētes ab ipſo recepte in māli erunt vno mō: ⁊ h eſt fſm: qꝛ mō fluūt forme quedā. ⁊ cras alie. ſic etiā d̄ aliijs: hec igitur ſunt ad q̄ reducūtur dicta peripatetico rū. ⁊ ſunt in eis plurime dubitationes. ſicut cuilibet de his cogitanti patet.

Capitulum. x. ⁊ eſt digreſſio declarans quorundam modernorum ſolutionem.

Diſtā aūt dicit aliqͥs ꝯſequens dicta antiquo rū doctoꝝ q̄ pipateticos nō imitant ꝙ intelli gibilia ſunt in nobis in habitu cū acquiſita ē ſcia. ridiculū. n. videt ꝙ intellecta nō ſunt in aīa cū ha/ bitus ſit qͣlitas ⁊ qualitas ſit ſm quā quales nos eē di cimur. Separata aūt ſunt in aīa p hoc ꝙ abſtrahūtur a fantaſmate qđ eſt eoꝝ p accñs. cū. n. acceperimus i ſen ſu motū ꝯgnoſcimus motorē p hoc ꝙ circa motū pro fundatur aīa ⁊ rōcinatur de motore ⁊ ſba ipſius. Eſt aūt duplex ſcia ex fantaſmate: q̄ dā. n. eſt ex fantaſma/ te ita ꝙ ipſa forma intellecta eſt forma hñs eſſe in pti/ culari: quedā aūt ſic ꝙ forma intellecta nō eſt ſm eſſe in particulari: ſʒ in ſenſibili manifeſtant opa eius: ⁊ per opa ſicut p effectū venit in cām p intellcm: ⁊ ſic ꝯgno ſcimus ſepata: hec ē via quā fere ſequūtur oēs moder noꝝ latinoꝝ. ſed iſti in principijs nō cōueniunt cū peri pateticis. ſi. n. ſcia ſit qͣlitas in aīa: tūc ſcia nō eſt vlē id qđ eſt intellectu qđ eſt vbiqʒ ⁊ ſemp. pipatetici ꝯcordi ter dixerūt ꝙ vlē ſm actū nō eſt niſi in aīa: ⁊ ꝙ vlē ꝯti nuatur i itellectu ſepato. Et hec eſt obiectio auicēne in quā oēs ꝯcordauerūt: Ampͥ. ſit ꝙ quocūqʒ mō aīa ve niat in ꝯiunctione ſbaꝝ ſepataꝝ: ſemp hoc verꝫ eſt ꝙ in fine congnoſcit illas ſbas: oʒ ğ per aliqͩ hēat vir tutem ꝯgnoſcendi eas: ꝯſtat ꝙ nō hʒ intellectū p ꝯiūctū cū ꝯtinuo ⁊ tpe virtutē tales ſbas ꝯgnoſcendi: ğ hēbit hanc virtutē per aliquē aliū intellectū: ⁊ tunc remanet qđ vt priꝰ: ⁊ quid ſit ille ⁊ qͥliter copuletur cū aīa. Ad huc ſi p addiſcere dicta acquireret aīa facilē aptitudi/ nem ꝯuertendi ſe ad intellectū agentem quā aptitudi/ neʒ nō habuit ante addiſcere: tūc ſcia in habitu erit ſci re. cum hō voluerit ex aptitudine talis cōuerſionis p ſtudiū. acquiſita: ⁊ hoc quidē dicit auicēna. Sunt tñ ⁊ alia ex quibus eſt ſcia in aīa: ſed hec emanant ab intel/ lectu agente intellectum poſſibilem quotieſcūqʒ vo/ luerit ille qui habet habitum ſciendi: ⁊ ſic vniuerſalia ſunt quedam apud omnem intelligentē eadē: ⁊ tamen non ſunt per ſeipſa ſicut res exteriores. Adhuc autem

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

potētia bñ tenēdi ⁊ potētia bñ ſuſcipiēdi ñ cānt ab eis dē principijs ſicͬ ſupiꝰ oſtēſuʒ ē Si ergo iſte due potētie ponāt ī ītellectu poſſibili qñ ponit ſuſcipe itelligibilia ſpeculata ⁊ tenere ea: tūc videt ītellectū eē ꝯpoſitū ex pͥcipijs cauſantibꝰ potētias illas: ⁊ h̄ ē abſurdū: ⁊ iō antiqui dixerūt philoſophi ꝯcorditer oēs ꝙ intellectus poſſibilis nō eſt tenere ſpēs intelligibiles: ſed ſuſcipere tm̄: intellectus quidē faciens eas de ſeipſo ē intellectus agens: ⁊ cū facit eas tunc reſultant in intellectu poſſibili ſicut forma obiecta ſpeculo reſultat in ſpeculo. ⁊ ex oibus his pʒ ꝙ difficillima qō eſt ea q̄ eſt ſuperius inducta: ⁊ latini quidē vſqꝫ huc neglexerūt qōnem illā. ⁊ huius cā eſt qꝛ non ꝯuenerūt in poſitionibꝰ ſuis: ⁊ in dictis ꝑipateticoꝝ. ſʒ diuerterūt in vnā q̄dā alterā viā: ⁊ īduxerūt alia pͥcipia ⁊ alias poſitiones.

Capitulū. xi. ⁊ eſt digreſſio declarās verā cāʒ ⁊ modum coniunctionis intellectus agentis nobiſcum.

n Os aūt diſſentimus in paucis ab auerroi q̄ inducit iſtā qōnē in cōmento ſup librum de aīa cum oibus. n. alijs fere phis conuenit auerroys in hoc qō dicit intellectū agentē eſſe ſeparatū ⁊ non cōiunctū aīe ⁊ tūc ſupponit iſtā ꝓpoſitionē q̄ etiā neceſſaria eſt ꝙ oē qō eſt ſeparatū ⁊ efficit ꝯiunctū hʒ aliquā cām ſue coniunctionis: ⁊ tūc q̄ritur q̄ ſit illa cā coniunctionis per quā intelligentia agens formalr̄ cōiungitur poſſibili vt ſic aīa efficiatur intelligens ſubas ſeparatas. Nos aūt in dictis iſtis nihil mutamus niſi h̄ qō etiā ariſtoteles mutaſſe videtur: qm̄ dixit ꝙ ſicut in omni nā in q̄ eſt patiens eſt etiā agens: ⁊ ita opʒ in aīa eſſe has differentias. ꝑ hoc. n. videt nobis: nec de hoc dubitamus quin intellectus agens ſit ps ⁊ potētia aīe. Sed tūc dicentes eū eſſe partē: erit quidē aīe ſemp cōiunctus ſicut pars: ſed lumē eius quo operat intellecta lʒ h̄ nō ſemp actu coniūctuʒ eſt intellectui poſſibili: qꝛ etiā eſt ſeparatus vt dictū eſt ſuperius. Cōuenimus. n. cū oibus peripateticis ꝙ intellectus agēs magis eſt ſeparatus q̄ꝫ poſſibilis. Itē cōuenimus cū eis ꝙ ſeparatum nō coniūgitur niſi cām hēat ſue coniunctionis. Et his duobus ſuppoſitis accipimus alia duo ab alfarabio quoꝝ vnū dicit in libro ſuo de aīa: ⁊ alteꝝ in. x. nicomachie ſue q̄ eſt ethica nichomatica dicta apō nos. idē āt qō dicit in libro de aīa eſt ꝙ cā intellectus duas hʒ operationes quaꝝ vna eſt facere intellecta denudādo ea a mā ⁊ altera intellecta intelligere ⁊ diſcernere magis differri hʒ ꝑ primā iſtaꝝ operationū q̄ꝫ per ſecundā: qm̄ primā hʒ per ſeipʒ ſolus: ⁊ ſecūdā hʒ cōeʒ cū ceteris potentijs paſſiuis. Id aūt qō dicit in. x. ethice eſt ꝙ fiducia philoſophātis eſt non cōiungi agenti intellectum vt efficiēti ſed etiā ſicͬ forme: ⁊ explanat hoc dicēs ꝙ intellectus agens cū agit ⁊ creat intellectuʒ in nobis eſt efficiēs ꝯiūctus nobis tm̄: eo ꝙ tūc agit opatione ſibi ſubāli ꝑ quā diffinit: ⁊ agit ſine nobis coagētibus: lʒ agat in nobis intellecta q̄ facit ſed intelligere noſtrū opus per intellectū nobis cōiunctū. Et ſi fiducia phantis felicis eſt ꝯiūgi intellectū ſicut forme tunc coniunget ei ita ꝙ ipſuʒ intelligat hō felix in actu felicitatis. forma. n. eſt per quā operamur h̄ opus qō noſtrū eſt inquātū hoīes ſumus. Et ſi forte diceretur ꝙ h̄ coniunctio ſecūda eſt īpoſſibilis refellit hoc ꝑ hoc ꝙ nos videmus aīas felicium ſicut quādo ꝑficiūtur aīe eorū ſ̄m optimū ſtatum ſapīe qñ videlicet ſapiunt diuina q̄ ſapit deus: ⁊ hn̄t delectationē in his ꝑ effectū: igit probatur ꝙ hec cōiūctio erit hic in multis: ⁊ eſt poſſibilis. Sed nobis adhuc deeſt modus ⁊ cā cōiūctionis. ī cā aūt quā inducemus ⁊ mō cōueniemus in toto cū auerroi ⁊ cū auēpace in parte cū alfarabio dicentes ꝙ ītellecta ſpeculata duplr̄ fiunt in nobis. Quedā. n. fiunt in nobis per nām ita ꝙ non accipimus ea ꝑ aliqō vel ab aliquo doctore: nec ꝑ inquiſitionē inuenimꝰ ea ſicut ſūt dignitates demōſtrationū ꝓprie q̄liter ſunt pͥa ⁊ vera ante q̄ oīno nulla ſunt q̄ nō ſcimus ex ſenſu niſi inq̄ꝫtū terminos ꝯgnoſcimus notitia aūt terminoꝝ nō fac̄ notitiā principioꝝ niſi ꝑ accñs. Quedā āt ſpeculata fiūt ī nobis ꝑ volūtatē: qꝛ videlʒ ſtudemꝰ inueniēdo ⁊ audiendo a doctore. ⁊ h̄ oīa fiūt ītellectu agēte influēte eis intellectualitatē: ⁊ faciēdo hec intellecta eē ītellecta hʒ actū intellectus agēs coniūgit nobis vt efficiēs. ⁊ qꝛ ī oibus his influit intellectualitateʒ ⁊ denudationē ſunt oīa ſibi ſilīa in h̄ ꝙ ſepata ſunt ⁊ nuda. ⁊ iō in oibꝰ his accipit ꝯtinue intellectus poſſibil̄ lumē agētis: ⁊ efficitur ſibi ſimilior de die in diē: ⁊ hoc vocat a phis moueri ad ꝯtinuitatē ⁊ ꝯiūctionē cū agēte intellectu. ⁊ ſic cū acceperit oīa intellecta hʒ lumē agētis in formā ſibi adherentē: ⁊ cū ipſe ſit lumē ſuū eo ꝙ lumē ſuū eēntia ſua eſt: ⁊ nō extra ipm tūc adheret intellectꝰ agens poſſibili ſicͬ forma: ⁊ h̄ ſic ꝯpoſitū vocat a ꝑipateticis intellectꝰ adeptꝰ ⁊ diuus ⁊ tūc hō ꝑfectꝰ eſt ad opandū opus illud qō eſt opꝰ ſuū inq̄ꝫtū eſt hō: ⁊ h̄ ē opus qō opat deus: ⁊ h̄ eſt ꝑfecte ꝑ ſeipʒ ꝯtemplari ⁊ intelligere ſeparata: ⁊ iſte modꝰ ⁊ iſta ꝯiūctionis opatio concordat cū ariſtotele in. x. ethice ſue vbi fere dicit iſta ⁊ ꝑ̄cipue cōcordat cū euſtracio ⁊ michaele effeſio q̄ fere in hūc ſenſum exponūt ariſ. ibidē. Colligit. n. ex his ꝙ intellectus agēs tribus modis ꝯiungit nobis lʒ in ſe ⁊ ſ̄m eſſentiā ſuā ſit ſepatus. a nā. n. cōiungit vt potētia ⁊ virtus quedā aīe. ſed faciēdo intellecta ſpeculata ꝯiungitur vt efficiens ⁊ ex his duabus ꝯiunctionibus non eſt hō ꝑfectus vt operet opus diuinū: tandē cōiungit vt forma ⁊ cā coniūctionis eius eſt intellectus ſpeculatiuus. ⁊ iō oportet eē ſpeculatiuū ante adeptū: ⁊ tunc hō perfectus ⁊ diuinus effectus eſt ad ſuū opus inquātum hō ⁊ nō inquātum animal eſt ꝑficiendum: ⁊ ſunt gradus ī ītellectu ſpeculatiuo quibus quaſi aſcenditur ad intellectū adeptuʒ ſicut ꝑ ſe patet cuilibet. In h̄ aūt mō prior eſt potētia intellectus q̄ꝫ actu intellectus: ⁊ h̄ eſt qō ſepe ſuperius diximus ꝙ poſſibilis prior eſt tēpore in vnoquoqꝫ indiuiduo qō hēt vtrūqꝫ intellectū: ſed actu autem dictus intellectꝰ eſt ſimplr̄ prior. ⁊ hoc vſu patet ꝙ intellectus agēs prout eſt adeptus vt forma ingredit ab extrinſeco in hoīe vt dicit aris. in. xvj. li. animaliū. Ex his facile patet oiuʒ dubitationū ſolo. ꝙ. n. timuerūt quidā in hac ſciētia ꝙ videlicet ex corruptibili ⁊ generabili ſ̄m dicta fieret vnū: cuʒ ex agente ⁊ ſpeculatiuo ⁊ poſſibili fiat vnū ſicut dicto mō ſicut ex mā ⁊ forma. nos vero nō in totū verum eē dicimus ꝙ poſſibilis ſit corruptibil̄: ſed potius ſeparatū ⁊ icorruptibilē: ſicut ſeparatus ⁊ incorruptibilis ē intellectꝰ agēs ſicut patuit ex prius habitis: lʒ āt ſpeculatiuus ſit generatus ex potentia: attamē ſicͬ ſuperiꝰ diximus ex ſubiecto eo ꝙ poſſibilis intellectꝰ nō habet aliquā trāſmutationem: nec oīno fit vnum ſicut ex tribus ſicut ex mā. ſed ſolus poſſibilis intellectus eſt nō quidem materia ſed vt mā quedā. ad ipſum aūt vnitur agens ſicut lumen ad diafanum: ⁊ ſpeculatiuus vnit ⁊ cōparatur ad poſſibilē ſicut inſtrumentum. cōparat aūt ad agētem ſicut minus formale recipiens actum ⁊ virtutē a magis formali. qñcūqꝫ. n. duo cōparant ad vnū ſicͬ ad materiā vnū illoꝝ eſt forma ſimplr̄: ⁊ alteꝝ eſt quaſi inſtrm̄ ⁊ īperfectum ꝑꝑ h̄ eſt deductus in rōnē alicuiꝰ mālis. ⁊ iō cum tā agens q̄ꝫ ſpeculatiuus intellectus cōparant ad

poſſibilem

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

poſſibilē intellectū: agens erit ſimplr̄ forma: ⁊ ſpeculatiuus erit nō ſimplr̄ forma ſed vt inſtrumētū: niſi enim ita ponamꝰ nō euademꝰ obiectionē inductā ꝯ auicē. qꝛ cū agēs ſit vna ⁊ ſimplex eſſentia nō pōt eē cā diſtinctaꝝ ſpecieꝝ in ſpeculādo: ⁊ iō ſpeculatiuꝰ eſt inſtrumentū eiꝰ ad diſtinguēdū intellectū poſſibilē: lꝫ āt corruptibile non ſit vere mā eius qḋ eſt incorruptibile eo ꝙ ſequeret̄ ꝙ corruptibile efficeret̄ incorruptibile: tñ factū eſſe pōt māle ſicut inſtrumentū eſt corruptibile: ſicut virtutū celeſtiū ſunt inſtrumentū virtutes elemētales corruptibiles: pꝫ igit̄ ſolutio q̄ōnis ⁊ oīum dubioꝝ: mirabilis aūt ⁊ optimꝰ eſt iſte ſtatꝰ intellectꝰ adepti: ſic per eū enim homo fit ſilis quodāmō deo eo ꝙ pōt opari ſic diuina ⁊ largiri ſibi ⁊ aliis intellectus diuinos ⁊ accipe oīa intellecta quodāmō: hec igit̄ dicta ſunt ad pn̄s de ſolutione iſtiꝰ q̄ōnis Ariſto. aūt diſtulit eā vſqꝫ ad .x. ethice ſue ad ſoluēdū. Eſt aūt ſciēduꝫ ꝙ ille ſolus in veritate modus eſt quo oēs homīes nāliter ſcire deſiderant: qꝛ iſto ſolo mō hō eſt hō ⁊ opat̄ que ſunt hoīs: vide enim eos qui ſic intellectū nō ſunt adepti: ſi dicas aliq̄d de contēplabilibꝰ nō intelligunt plus ꝙ̄ beſtie que in ſingulariū ſp̄ remanēt cognitiōe. Quod aūt q̄rit̄ vtrū intellecta maneant apud intellectū qñ actu illa nō ꝯſiderat ſicut dicit auicē. per rōnes ſupius inductas nos iudicamꝰ eē veꝝ: qꝛ cū mediū cōiūctionis poſſibilis ad agētē ſint ſpeculata oꝫ ipſa manere: aut extrema diuident̄: nō tñ ꝯcedimus ꝙ ipſa nō eſt diffinita per tenere: ⁊ neqꝫ etiā pcipe ſicut virtutes corpales: ſed potiꝰ cū aīa intellectualis ſit vt locꝰ ſpecieꝝ vl'iū remanēt vl'ia ſpeculata apud intellectū ſicut in loco ſue generationis. Qḋ āt obiicit ꝙ nihil exigit̄ ad ſpeculari ꝯm actū niſi formā actu eſſe intellectā: dicendū videt̄ ꝙ magis libera eſt anima rōnalis ꝙ̄ ſenſibilis: in ſenſibili autem extimatiua ⁊ fantaſia libera eſt imaginari cū voluerit: etiaꝫ qñ imago eſt apud nos: ⁊ ideo lꝫ ſpēs ſint ſicut in loco ī intellectu: auertit̄ tñ ab eis qñ vult ⁊ ꝯuertit ad eas qñ voluerit: cū aūt hec ſit ꝯiūctio intellectꝰ adepti cū hoīe oꝫ ſcire ꝙ q̄dā nobilioris aīe exiſtētes q̄ſi oīa q̄rēda de phīa q̄ſi ꝑ ſeipſos facile intelligunt ſicut dicebat̄ de hypocrate: ⁊ hoꝝ eſt intellectꝰ ſanctꝰ vocatꝰ a phis eo ꝙ plurimū poſſibilis eoꝝ intellectꝰ accedit ad intellectū veꝝ q̄ eſt agēs: hec āt aptitudo vera vocatur ſubtilitas ex adepto vō ſubita inuētio medii termini qḋ eſt cā q̄ſiti vocat̄ ſolertia q̄ vna eſt virtutū intellectualiū: qñ āt adeptꝰ q̄ſi totus eſt pfectio luminis agētis ita ꝙ ꝑ ſe facit intellecta tūc ille ꝓximꝰ eſt ad cognoſcēdū futura ex pn̄tibꝰ etiā illi frequēter efficiunt̄ ꝓphete: qñ eni duo extrema habēt ꝯiūgi ꝑ gradū: tūc multi gradꝰ tā ex aptitudine nature ꝙ̄ ex ſpeculatione medii inueniunt: ⁊ ꝯm eoꝝ diuerſitatē ⁊ nobiliꝰ ⁊ minus nobilr̄ ꝯiūgunt extrema.

Cap. xii. q̄ō anima eſt oīa quodāmodo que ſunt.

Tex. ⁊ cō. 37.

NUnc āt ad ꝓpoſitū reuertētes dicamꝰ recapitulādo dicta de aīa quo ad potētias cognitiuas: ꝙ ex his q̄ dicta ſunt: ſequit̄ ꝙ aīa quodāmō eſt oīa dico quodāmō: qm̄ ipſa nō eſt oīa ꝯm eē māle: ſed ꝯm eē intētionale ſpecieꝝ. Spēs enim reruꝫ vniunt̄ aīe: ſicut receptū vnit̄ recipienti: lꝫ hec vnitas neqꝫ ſit ꝓprie ſubiecti ⁊ accidētis: neqꝫ materie ⁊ forme: large tñ accepto ſubiecto ꝙ ſubiectuꝫ dicat̄ id qḋ quocūqꝫ modo recipit aliud: a quo nō hꝫ eſſe māle: ſꝫ quo pficit̄ ad agere ꝯm potentiā nālem: ꝙ aīa etiā intētiones que ſunt in ea: ſunt vnū cū ſubiecto. Qḋ aūt ſic eſt oīa: patet ꝑ diuiſionē: qm̄ oīa que ſunt: aut ſunt ſenſibilia que ſunt ꝯiūcta cū mā: aut ſūt intelligibilia ſicut ſepata a mā: ⁊ aīa ꝯm ſenſum efficit̄ idē cū ſenſibilibꝰ: ⁊ ꝯm intellectū efficit̄ idē cū intelligibilibꝰ: eo modo quo eadē actu dicunt̄: quoꝝ idē eſt actus: lꝫ eē ſit differens. Oportet āt q̄rere ad hec demōſtrationeꝫ: qm̄ ꝑ ptes diuiſionis inductā ꝓbatio nō eſt ſufficiens. Tex. ⁊ cō. 38.

Accipiamꝰ igit̄ iſtā ꝓpōnē ꝙ quoꝝ diuiſio eſt in eodē ipſa ſunt eadē: res āt ⁊ aīa ſunt eiuſdē diuiſionis: ergo aīa eſt quodāmō oīs res: ſecat̄ enim ſcīa intellectiua ⁊ ſenſus in ea que ſunt res quodāmō: qm̄ id qḋ eſt dans eſſe ⁊ eſſentiā totaꝫ: eſt forma vl'is vel pticularis: mā enim nō aſſumit̄ ad eſſe ꝯferēdū: ſed potius vt ſit ſubiectū eē ⁊ eſſentie: ⁊ ſi ſine ſubo tali ſubſiſtere poſſet: nō q̄reret̄ mā a nā: qm̄ eē magis ignobilitatur a mā: ꝙ aliq̄d recipiat ab ipſa: eē āt reꝝ eſt potētia vel actu ⁊ ſepatū a ſenſibilibꝰ: vel non ſepatū: ⁊ hec eadē ſunt in ſenſu ⁊ intellectu: qñ hec duo aīe. ſ. ſenſitiuum: ⁊ ſcire potēs: ſunt hec potētia primo: ⁊ poſtea ſunt hec actu: qm̄ ſenſus primo eſt: ⁊ poſtea oīa ſenſibilia: ⁊ huiꝰ eſt maxime ſenſitiuū primū qḋ eſt ſenſus cōis: id autē qḋ ſcire ponit̄ poſt intellectū: eſt potentia oīa ſcire: ⁊ poſt adeptū intellectū ꝯm actū ſunt ſcita oīa: ſicut diximus ſupius: cū āt ſenſitiuū ⁊ intellectiuū ſint ſicut potentia oīa: hoc eſt neceſſe fieri altero duoꝝ modoꝝ: aut eni ſunt potētia ⁊ actu ipſe res extra aīaꝫ: ꝯm eē māle: ꝯm qḋ dixerūt multi phi: de q̄bꝰ in primo libro fecimꝰ mētionē: aut ſunt potētia ⁊ actu ſpēs reꝝ: nō āt pōt eē: ꝙ ſint ipſe res: nō eniꝫ h̄ lapis demōſtratꝰ in eē māli extra aīam: eſt in aīa: ſed ſpēs lapidis eſt in aīa ⁊ aīa eſt ſpēs eiꝰ: ſicut diximꝰ eē ſenſum ſpēm ſenſibiliū: ⁊ intellectū eē potētia ſpēm intellectoꝝ: aīa igit̄ ꝯm ſenſuꝫ ⁊ intellectū: eſt ſicut manꝰ q̄dā q̄ eſt in aliis organis corporis: manꝰ eniꝫ nō eſt organū vni officio tm̄: ſꝫ iuuat quodlibet organū ad officiū ſuū: porrigit enim ori cibū: ⁊ expedit pedē: ⁊ purgat ⁊ deobturat aureꝫ: ⁊ ſic de aliis actibꝰ ipſiꝰ: ⁊ ideo manꝰ eſt organū organoꝝ: hn̄s figurā ⁊ cōpoſitionē q̄ſi actiuā ad oē organum: ⁊ ita eſt ſenſus potētia ſpēs ſenſibiliū: ⁊ intellectꝰ potentia ſpēs intelligibiliū: ꝑ quē modū hoc ſit: ſupius diximus: qm̄ ſicut neceſſe eſt ꝙ manꝰ ſit formalior organis ita neceſſe eſt ꝙ primū ſenſitiuū ſit formaliꝰ ꝙ̄ ſenſibilia: ⁊ primo intellectꝰ ſit formalior ſpēbꝰ intelligibilibus: hec āt ſufficiēter ꝓbata ſunt in an̄bitis.

Tex. ⁊ cō. 39.

